

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Joachim Lindemann Joachim Stoef

Pantosophiae Humanae Lineamentis, Disputatione Academica

Rostochii: Richelius, 1698

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732468280>

Druck Freier  Zugang



Ruprecht 1698



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn732468280/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732468280/phys_0002)



Q. D. B. V.

De

119
**PANTOSOPHIÆ
HUMANÆ LINEA-
MENTIS,
DISPUTATIONE ACADEMICA**

Cathedram Moderante

VIRO

Maxime Rev. Amplissimo, & Excellentissimo
DN. JOACHIMO Lindemann/

Th. D. Phys. & Metaph. P. P. ad Basilicam Ma-
rianam Archi-D. celeberrimo, meritissimoq;

Dn. Praeceptore, Hospite, & Fautore suo, sincera
pietate & candore venerando.

In Alma Varniaca,

Consensu Amplissimi Ordinis Philosophorum,
IN AUDITORIO MAJORE,

ad D. I. Junii A. O. R. M. DC. XCIX.

ab hora VIII. Mat. ad XI. juxta Statutum Rev. Concilii Renovatum,
publice disputabit,

A. & R.

JOACHIMUS STOEF, Hamburg.

S. Theol. & Phil. Stud. P. L. C.

ROSTOCHII, Typis JACOBI RICHELII, Ampiss. Senat. Typogr.

VIRIS

Magnifico, Maxime & Admodum Reverendis
atq; Venerabilibus, Nobilissimis, Exellentissimis, Ampliss.

DOMINIS

DN. D. JOANNI FECHTIO,

Consistorii Ducal, Mecklenb. Adseffori graviss. Diœcœsos Rosto-
chiens. Superintendenti vigilantissimo & de universa Ecclesia CHRISTI
immo: taliter merito.

DN. JOACHIMO EINDENMANNI

Theol. D. Phys. & Metaph. P. P. celeberrimo, Archi-D. ad D. Mariæ
meritissimo Dn. Hospiti & Confessionario suo venerabili.

DN. EBERHARDO ANQVELMANN,

Theol. Lic. & in celebri Hamburg. Athenæo L. L. OO. P. P.
excellentissimo amplissimo.

DN. GERHARDO MEIERO,

Theol. Licent. & incluti Athenæi Hamb. Log. & Metaph. P. P. ex-
cellentissimo pariter atque amplissimo.

DN. PAULO GEORGIO KRÜSIKE,

Poetæ Nobili, & in Illustri Societate Teutonica dicto, PORTANTI,
florentiss. Scholæ Johan. apud. Hamb. Sub-ConR. præcelen-
tissimo, meritissimo.

DNN. PRÆCEPTORIBUS suis in ACADEMIA

& PATRIA, æterno obseqvio venerandis, PROMOTORIBUS &
FAUTORIBUS suis æstumatissimis certissimis, in sui studiorumque
suorum commendationem,

*Aram Honoris erigit, & Arrbam Amoris porrigit, insimulque qua-
lescumque primitias Academicas sacras cupit*

TANTORUM NOMINUM

Admirator & Cultor perpetuum,

AUCTOR & RESPONDENS.

Nob. & Cl. VIRO,
DN. JOACHIMO STOEFIO,
Poetæ L. Cæf. & Phil. C.
S. P. P.

Uti nuper laurum istam nobilem, qvæ inter rariora studiorum ornamenta est: ita nunc Cathedram gratulor, qvam dum alterâ jam vice descendis, duplici Te jure promereri decus, qvod cultoribus suis Sapientia promittit, luculenter demonstras, Optime STOEVI. In continuas qvasi in Te flammis innatus Tibi ad omne eruditionis genus ardor erumpit, Divinas humanasqve scientias privatim publiceqve curâ nunquam defessâ consecutaris, nec eorum imitaris morem, qvi pulcerrimum Studiosi nomen vel ignaviâ commacules, vel morum depravatissimorum luxuriâ. Ita dum patriæ Tuæ, dum præceptoribus, dum amantissimis Tui parentibus, spem amplissimam indubitatamqve ostendis, ego eqvidem eò majorem ex his laudum Tuarum cumulis voluptatem capio, qvo familiarius quotidie mecum & cum bibliothecâ meâ versaris, nec à Parentum Tuorum, qvi Te huc venientem sollicitè mihi commendarunt, curamqve meam qvalemcunqve multis benevolentiae in me suæ argumentis pergratam sibi esse testati sunt, voto vel latum ungvem recedis. Qvos & calculo affectuqve suo, qvi Te nihil remissius, ac ego facio, amat, comprobabit Excellentissimus Hospes Præsesqve Tuus. Vale igitur & expectationem de Te nostram non imple tantum sed supera. Scr. Rostochii, XV. Maji, M DC XCIX.

JO. FECHT. D.

Nobi-

Nobiliss. & Præclariss. VIRO,
DN. JOACHIMO STOEFIO,

P. L. C. & Ph. C.

Convictori svaviss. & Amico valde suo,

χαιρετ.

Eum qvi Cratippum Athenis docentem per anni spatiū audivit, abundare debere præceptis institutis-
qvæ philosophorum, Cicero afferit adeò, ut scien-
tiâ bonisqve exemplis auctus redeat. Quid er-
go de te non vanus Augur conjectem, qvi biennium &
amplius Musis litas Rostochiensibus felicissime, idqve tan-
ta diligentia ac si nunc primum præcepta bonarum artium
haurire inciperes, tanta constantia ac si omnia elapsi tem-
poris momenta, auro contra chariora haberes. Eqvidem
multis rebus eminet Hamburgum florentissimum, sed qvod
habeat Ingeniorum formatores felicissimos, & discipulos
præceptoribus simillimus, illud non infima felicitatis pars
est. Fuit ea in me fortunæ Indulgentia, ut pignora caris-
simæ aliquot mihi concrederet Hamburgum, qvæ non tan-
tum in mensam domumq; recepi, sed & in interiorem ami-
citiam admisi, adeoqve in partem gaudii venio. In te ve-
ro, *STOEFI optime*, morum integritatem, vitæq; pietatem
cum ardore studiorum huc usq; concertasse lætus lubensqve
animadverti. Nec metuo ut vacuus domum redeas, qvam-
vis te ægre è complexu meo dimittam. Hæredit animo meo
constans Tui, & gratitudinis tuæ, qvam non una vice ex-
pertus fui, memoria. Qvare exhilara felici reditu *Parentes*
Tui amantissimos, sed relinqve prius Almæ nostræ Matri dili-
gentiae tuæ fructus. Ex palæstra Academica post eruditum
conflictum laurum decerpito, meq; constanter amare perge.
Sic te perpetuo Salus amet, illudq; *Seneca* verum experiare
qvod ego cottidie experior: *Hoc potest contra virtutem calumnia,*
qvod contra Solem nebulæ. Vale ex voto T. T.

J. Lindemann | D.

I. N. J.

ΠΡΟΑΥΛΙΟΝ.



Um in animum meum induxissem, Philosophia, ceu Pantosophia Humanæ lineamenta, pro virium captu, qualicunq; dissertatione, discutere, & eo præprimis allaborare, ut amoto velo nuda & simplex veritas sese Lectori ostenderet. Neq; enim perinde crediderim esse debere Philosophiaæ Studioſo, qvam philosophandi rationem seqvatur, qvidve deamet Helenamve an Hecubam. His intentus studiis incidi in verba *J. Cti Christiani Thomasii* in præf. ad dodecadem Qvæſtionum, qvæ mihi tantum non calamum è manibus excusserunt. Sic autem ille: *Si examinare velis mores disputationum hodiernarum, vel ferociter belligerantes in iis deprebendes, vel impudentes Adulatores, qvorum illi maxime operam dant ut veritas eripiatur, hi ut falsitas & error sustineatur.* Negare non audeo, hunc esse morbum Epidenicum & cœthes eruditorum, nec me fugit qvantæ prudentiæ opus, inter Scyllam & Charibdin navigare, ut neutri adhæreas. Si vero tibi videor opus juvenilibus humeris majus in me suscepisse, me meo pede metiri didici. A rixa & adulacione alienissimus ero, tuam qvoq; in eruendo vero mihi operam humanissime expeto. Si non omne tuli punctum, memineris, primitias arborum, (ut hæ sunt studiorum nostrorum) etiam subacerbas, tamen colono non ingratas esse, & spem uberioris proventus facere. Tu ergo Lector æquanimis, quisq; es, hunc conatum nostrum non censorii oculis, sed blando vultu adspice. Insimulq; tecum reputa; satius videri exhibeo specimine Academicæ discedere, qvod & statuta Universitatis jubent, qvam Harpocratem sociando Minerva, modestiam silentio intempestivo prætexere.

A

Capi-

(2)

Capitis I. CONSPECTUS.

- P**hilosophia Etymologia n. 1.
Consideratur remotaive n. 2.
deinde propositive n. 3.
Autor nominis Pythagoras n. 4.
quid illum permoverit n. 5.
Elegans ejus effatum n. 6. 7.
Et iudicium n. 8. seqq.
Epicrisis de onomatothesia Pythagorae n. 10.
De Platonis objectionibus n. 11.
Quo sensu in creaturas cadat Sapientia n. 12.
Synonymia Philosophiae
Apud Hebraeos Gracos, Germanos abusivè
vel proprie n. 13. seqq. 16.
Accipitur Sapientia vox latissime n. 16.
Quoniam Sapientia Bezaleelis de qua Exod.
XXXI. n. 17.
Quid ex sensu Aristotelis n. 18.
Sumitur late, vel stricte n. 19. 20.
cum qua conspirat Plato n. 21.
Stricte accipitur vel proprie vel impropriè
Fuxta Aristot. Et alios n. 24. seqq.
Synonymia Philosophiae est vel honoraria
vel magis propria n. 26. seq.
Nos in receptu sensu manere n. 28.
Pragmatologia considerat Philosophia exi-
stentiam n. 29.
Contra Acatalepticos n. 30.
Demonstrative n. 31.
Idem pluribus docetur n. 32. seq.
August. effatum contra Academicos 34.
De innato philosophandi appetitu n. 35.
Definitio philosophia perfecta nulla n. 36.
An meditatio mortis n. 37.
Quid mors iuxta Platонem 38.
An similitudo cum DEO 39.
An rerum diuinarum Et humanarum noti-
tia cum Aristot. 40. seq.
An scientia veritatis 42.
Sententia veterum plures cumulative 43.
Sententia Recentiorum. Raconis, Crelisii,
Keckermannii, Martinii, Kippingii Et c.
n. 43. ad 49.
Et. Baronii, Burgerdicii, Alstedii demum
nostra n. 50. 51.
Examinatur nostra descriptio per partes
n. 52. seqq.
- Quod generis instar sit habitus n. 55. seq.
De differentia n. 57.
Qualis perfectio per philosophiam parabi-
lis, Et removeatur Theologica n. 58.
De Philosophia causa materiali n. 69.
De Objecto formalis 60. seq.
De causa formalis 62.
De causa efficiente 63.
Universalis vel particulari.
Prior per causas secundas operatur 64.
Platone iudicium 65.
Adami Philosophia post lapsum prestan-
tissima, nostra imperfecta 66.
De Philosophia vera reliquis Et propaga-
tione per Hebraeos ad Egyptios 67. seq.
deinde per Gracos 69.
Philosophia exulta vel in Ecclesia vel extra
Ecclesiam n. 70.
De Philosophia ante-diluviana 71.
Et alius post-diluvianis 72. seqq.
De Philosophia Barbarica Et Graecanica
n. 75.
De hac in specie 76.
De Secta Jonica, Et Italica n. 77. 78.
Eleatica n. 79.
De Philosophia post Christ. natum. n. 80.
De tribus Sectis Iudaorum n. 81.
Philosophia usus profuit Patribus contra
adversarios n. 82.
Origo Scholasticorum Theol. n. 84.
eorumq; differentia n. 85. seqq.
Recentiorum Philosophia sectaria 87.
Causa instrumentalis Philosophia ejusque
principia externa vel interna n. 88.
Principia habitualia quoniam? n. 89.
Causa finalis, distinctio finis in ultimum
Et intermedium? 90. seq.
In practicis finis vel primarius vel secund.
n. 92.
Distingu. inter finem Et usum eumq; legi-
timum vel illegitimum n. 93.
Ad usum Philosophia legitimum male pro-
vocare Socinianos, judæos, Et Fanaticos
n. 94. 95.
Weigelius notatus n. 96.

CAPI-

CAPUT I.

De Philosophia in genere & qvidem
DE NOMINE.

I. **P**Hilosophia nomen habet δύο τοῖς φίλαις καὶ δύο τοῖς σοφίαις
quasi dicatur φίλαις τῆς σοφίας Amor sapientiæ. Duo hic
notanda occurunt i., *ambiguitas* vocis deinde *notatio* 1
ejus qvod ad primum est vocis Philosophiæ derivatio qvam
derivari diximus δύο τοῖς φίλαις καὶ δύο τοῖς σοφίαις ut secundum
eam derivationem dicatur Amor sapientiæ. Ubi & notan-
dum venit, vocem σοφίας esse ἀσοφίας & qvod non derivetur a
Pœnorum *Sufes* secundum Georg. Horn. in lib. de vita & se Elis
Philosophorum cap. i. sed esse primitivum Græcum. Olim o- 2
mnia sunt expressa per vocem Sophia (sapientia) sed cum no-
men hoc (I) nimis freqventer assumeretur ab iis etiam qui
minime sapientes erant id circo mutatum illud nomen ut igi-
tur jam non dicamus σοφίαν sed Philosophon, qvod etsi qvidem 3
non satis explicat rem, tamen ob consuetudinem & qvia abo-
lieri non potest, erit retinendum. Author hujus compositi
verbi est Pythagoras qui & (II) φίλος ob modestiam hujus
mutationis addidit eumqve primo id professum cum Phi- 4
luntem ferunt venisse, & cum Leonte Principe Phliasiorum
docte & copiose differuisse qvædam: cuius ingenium & elo-
quentiam cum admiratus esset Leon ex eo qvæsivisse, qva
maxime arte confideret? at illum, artem qvidem se scire nul- 5
lam, sed esse philosophum, admiratum Leontem novitatem
nominis qvæsivisse: qvinam essent philosophi, & qvid inter
eos & reliqvos interesset? Pythagoram autem respondisse, si-
milem sibi videri vitam hominum, & mercatum eum, qui
haberetur maximo ludorum apparatu totius Græciæ cele- 6
britate. Nam ut illic alii corporibus exercitatis gloriam &
nobilitatem coronæ peterent, alii emendandi aut vendendi

(4) qvæstu & lucro ducerentur, esset autem qvoddam genus eorum, idqve vel maxime ingenuum, qvi ne plausum nec lucrum qværerent, sed visendi causa venirent studioseqve perspicerent qvid ageretur & qvomodo. Item nos quasi
7 in mercatus quadam celebritate ex urbe profectos aliqua, sic in
banc vitam ex alia vita & natura profectos; alios gloria servire,
alios pecunia, rares esse qvoddam, qvi ceteris omnibus pro ni-
bilo habitis, rerum naturam studiose intuerentur hos se appellare
sapientie studiosos, id enim est Philosophos: Et ut illic liberalissi-
8 9 mum esset spectare, nihil sibi acqvirentem: sic in vita longe
omnibus studiis contemplationem rerum cognitionemque
præstare. Videri hac dere potest Cic. I. & s. Tusc. Plutarcb. l. I.
De plac. Phil. c. 3. Platon. in Phædone, Laërtium in vita Pythag. Aug.
I. 14. de Trin. c. I. Lacl. l. 12. Div. inst. c. 4. Div. inst. c. 2. Qvam-
10 vis hæc compositio non vituperanda, tamen ille Pythag.
laudem magis meruisse, si simplex ac nativum nomen reti-
nuisset, ratio est: qvia nomina simpliciora plerumq; sunt priora &
efficaciora compositis, semper autem quantum fieri potest ipsa
natura rei est indaganda significatæ, qvodsi enim placita hu-
mani ingenii nomina deberent dare virtutibus & doctrinis,
jami nulla virtus aut doctrina futura esset cui non φίλος foret
præponendum, nec jam amplius erit dicendum, δικαιοσύνη^{δικαιοσύνη}
sed φίλος θεού nec Theologia sed φίλος θεός & sic de o-
mnibus aliis Alsted. Archel. cap. I. p. 3. Jami autem philosophia
si recte interpretari volumus, nihil est aliud qvam studi-
um sapientiæ Cic. Offic. Infert qvidem Plato solum DEum
11 esse νόον atq; inde concludunt nullum hominem esse sapien-
tem; sed merito distinguimus inter sapientiam άλητή πατῶν
& inter sapientiam εἰς τὸ μέρος, qvalis enim causa talis est ef-
fectus, DEus est sapiens imo sapientissimus Ergo & creatu-
ris deneganda non est sapientia, sed qvia magna imo maxi-
ma est distinctio inter creatorem & creaturam ita & per se fit
consequentia, DEI sapientiam ut creatoris longe maximam
12 esse

esse qvam hominis creaturæ. DEI sapientia est essentialis (5)
nostra vero accidentalis, ita tamen ut vera sit sapientia licet
non tanta qvanta est DEI vid. Kekermannii *præcognita philo-*
soph. lib. e. i. p. 5. Alsted. l. c. 1. In Hebr. vocatur חכמתה à adice
sapuit mente, sapiens fuit, sapienter egit, fuit præ-
ditus sapientia dicitur per inversionem radicis hujus μα-
γη. Magus primò dicebatur sapiens arcanorum divino- 14
rum interpres & Magia qvam Persæ acceperunt pro sapienti
perfe&taqve rerum naturalium cognitione, unde & Magi
ab illis appellabantur qvos Græci Philosophos vocant (μον-
τικοί) Occidentales Philosophi vocabant. Græci Orientales
Latini. Sapientes, Germani, die Weltweisen. Postqvam 15
autem Magi apud Persas divini cultus prætextu, legibus o-
mnibus vetitas artes exercerent, in tantum aucta est eorum
vanitas, ut non solum observatione fiderum futura prædi-
cere, sed actibus qvibusdam & maleficiis se omnia scire & fa-
cere posse profiterentur, unde & hodie dicuntur Magi die Sau-
berer. Cachasch sapiens Vir industrius, in rerum divina-
rum & humanarum cognitione exercitatus Cachama mul-
ier sapiens, industria Prov. 10, 1. 8, 14. Eccl. 2. 14. Exodi 35-25.
2 Sam. 16. Prov. 14. 1. Hanc igitur ob causam merito distin-
givimus illam sapientiam & alteram nominamus veram hoc
est qvæ de rebus earumq; causis secundum ductum rectæ ra-
tionis & divinæ revelationis ratiocinatur, alteram falsam
qvæ secundum ductum Diaboli & rationis corruptæ ratioci-
natur & utramq; significationem vocis olim comprehende-
bat Theologia. vid. Thom. in phil. Art. p. 50. §. 2. c. II.

§. II. Nunc ad alterum membrum nempe ad notationem
progrediendū. Philosophia igitur sumitur vel 1. *Latissime* 2. *La-*
te vel 3. *Stricte*. Latissime sumitur I. pro rebus five *artibus* etiā
Mechanicis à Græcis ita usurpatis ut videndus Aristot. Ethic.
c. 7. ubi Phydiam nominat sapientem lapidum sculptorem &
Polycletum sapientem statuarum factorem & Homerus in

A 3

Mar-

(6) Margite περὶ διατέλεως θεοῦ θεού, ἡ διατέλεως τοῦ αὐτοῦ τον Φῶν. Hic neque Fosfor erat nec arator munere Divum. Nec
17 sapiens aliter sed eodem modo Exodi 31. v. 2. ubi Bezaleel tribuitur quod impletus à DEO בזאלֵל כחכָה ותנוֹנָה qvam significationem minime Scheiblerus vult admittere in tract. proemiali. Tamen ego non inepte dictum puto siquidem Philosophia est dictamen rectae rationis. Qvicunq; igitur secundum ordinem opera instituit ille secundum rectam rationem talia instituit, atq; per consequens philosophatur. Atqui Opifices &
18 qvi omnes homines ratione utentes, Ergo. Imo & Aristoteles loco citato nominat illum philosophum qvi omnia scit opera sua nempe utilia, dicens: οὐδὲ εἰς τὸ φιλοσόφων περὶ πάντων δύνασαι θεωρεῖν. Εἰ γὰρ μὴ τὸ φιλοσόφων περὶ εἰς αἱ ὑποκείμενοι
19 Philosophi est de omnibus speculari posse si enim non Philosophi, quis erit qvi considerabit? Sumitur II. Pro omni doctrina & eruditione, qvæ ad intellectus & voluntatis atque adeo totius hominis perfectionem pertinet. Ita nimirum vocabulo Sophiæ & Philosophiæ non tantum artes liberales qvas vocant, sed etiam facultates superiores nempe Theologia, Jurisprudentia, & Medicina comprehenduntur & in summa omnes habitus mentis per quem Divina, naturalia,
20 & humana scimus. II. Late sumitur non pro omnibus disciplinis scientia & arte sive liberalibus, sive illiberalibus sed pro eis qvæ à mechanicis & tribus facultatibus superioribus distinguuntur & ita nimirum philosophia erit complexus comprehensio Grammaticæ Rhetoricæ, Logicæ, Mathematicæ, Metaphysicæ, Ethicæ, Oeconomicæ & Politicæ, & ita Plato & nonnulli recentiores hanc retinent Philosophiæ significationem & dividunt Philosophiam in Rationalem, Naturalem
21 & Moralem, qvam divisionem, ut obiter hæc adjiciam assimilaverunt agro, ita ut Naturalem arboribus stirpibusqve facerent similem. Moralem vero fructibus propter quos sunt arbores, deniq; Rationalem sepi & maceria. Quemadmodum enim

enim maceria fructus plantasque agri conservat, arcens ir- (7)
rumpendi nocendiique cupidos. Ita & rationalis pars philo-
sophiae praesidium munitissimum est, reliquarum duarum,
moralis atque naturalis. *Phil. Jud. de Agric.* III. In stricta
significatione accipitur vel *proprie* vel *impropriæ*. *Impropriæ* 22
significat vel comprehensionem trium scientiarum scil.
Metaphysicam, Physicam, & Mathematicam, vel solas di-
sciplinas Theoreticas, vel solas practicas, vel solam etiam
tantum Metaphysicam. Philosophiam pro trium sci-
entiarum comprehensione usurpat Aristoteles lib. 6. Met. c.
1. & lib. II. c. 7. f. Pro *solis disciplinis Theoreticis* lib. II. Met. 23
c. 1. & lib. II. c. 7. pro *solis practicis*. Plato in Phædone quando
Philosophiam dicit esse meditationem mortis. De sola
Metaph. *καὶ ἔξοχην* Arist. Met. lib. I. c. 3. lib. II. c. 3. 4. quam-
vis alibi distinctionis causa dicat φιλοσοφίαν περί την *primam phi-* 24
losophiam i. e. sumam & excellentissimam philosophiae The-
oreticæ partem ut est 6. Met. c. 1. Et sic Aristoteli philoso-
phia prima est idem quod sapientia proprie dicta de qua 6.
Ethic. c. 7. docet ubi inquit Sapientiam esse intellectum & sci-
entiam. It. esse scientiam rerum præstantissimarum quæ ca-
put habent proprie significat illas disciplinas quæ vel sci- 25
entia vel prudentia audiunt ut est Metaph., Physica, Mathe-
mat, Ethica, Politica, Oeconomica. A his excluduntur tres
instrumentariæ artes, Grammatica, Rhetorica, & Logica, ita
& superiores facultates Theologia, Jurisp., Medicina. At-
que hac propria & determinatissima philosophiae appellati-
one Aristoteles vehementer delectatus est ut testatur Laer-
tius in ejus vita & præterea loca multa in ejus scriptis ut I.
Top. c. II. & lib. II. Met. c. 1. Atque in hac significatione
philosophiae vocabulum nobis usurpabitur.

§. III. *Synonyma* philosophiae varia quidem sunt, etiam
ut plurimū diversa, de Philosophia latissime sumpta hæc ad-
hiberi possent: Nempe *Encyclopædia*, *Circulus disciplinarum*, 26
Regnum

(8) *Regnum disciplinarum, Pansophia, Pædia philosophica*, à non-nullis etiam additur, *Terminus Rationis*, qvi si liberatur ab æqvocatione facile admitti potest. Sumitur autem primo aliqvando pro *intellectu* 2. pro *peculiari cognoscendi modo* vel 27 probandi contra distinctum authoritati sive testimonio 3. pro *cœxitate & corruptionem animæ*, hæ omnes ne quidem aliqualem habent cognitionem cum synonymia. Et si quis hunc terminum rationis pro synonymo haberit velit, hæ omnes acceptio-nes sunt removendæ probe. Alias etiam dicitur sapientia na-turalis nempe per naturæ vires acqviritur *Gottf. Zappf. Philosophiam nova methodo inclusam tabulis* tab. 1. de philosophia in 28 gen. Dicitur & *Ratio naturalis*. Nos vero qvi stricte vo-cabulo utimur, nempe *φιλοσοφία* sive sapientiam & *φιλοσοφία* si-ve amorem sapientiæ synonymice adhibemus nec nimis in quivimus periphrastica Philos. nomina quando *Regina artio-um, Rerum omnium moderatrix, Virtutum, indagatrix, Ars ar-arium, Scientia scientiarum, Aquila scientiarum, animi cultura* appellatur. Qvia magis ad dignitatem Philosophiæ quam ad ejus naturam hi tituli spectant.

§. IV. Nunc ad *Pragmatologiam* me confero ubi pri-mo consideranda venit Qvæstio illa: an existat *Philosophia*, qvæ magis curiosa atqve intricata quam utilis, attamen ne sicco, pede hanc præteriisse videar, pauca de illa adjiciam. De-monstrare igitur meum erit existere philosophiam i. e. dari veram certamqve de DEO & aliis inferioris Hemisphæ-rii rebus notitiam. Sane qvis sibi unquam persuadere potu-isset hanc sc. existentiam negari posse. Tamen ex historia philosophica constat tales homines fuisse *Acatalepticos* nomi-natos, qvi negarunt verum à falso ullo modo insigni nota di-scerni posse & nihil cognosci nihil percipi statuerunt & sciri, à Scepticismo non valde distant siquidem utrinque paria sunt argumenta contradicentia, nec neutra est altera verior. *Perseverandum putant in inquisitione veritatis, nec desperandum* de-

de invenienda veritate. Contra hos itque ita insurgimus: (9)
Si multa sunt quæ à nobis percipiuntur, eaque certa & explo- 31
rata, ut de omnibus dubitandum non sit, sequitur dari Phi-
losophiam Atq;. Erg. Qvod ad primum membrum attinet
id probo eo, qvod quotidie si terminum audimus magis ma-
gisq; considerare incipimus, tandem conclusiones facimus,
atque per consequentiam illum evolvimus, de quo tamen pri- 32
mo nihil dictum, ratiocinamur itaque tandem hoc est secun-
dū rationem aliquid colligimus, & hoc est philosophari. Qui
autem hoc negat, ipsum rationis actum si non rationalitatem
ipsam sive rationem negat. Philosophia enim est scientia ra-
tione nitens secundum Rudr. Qui vero ratiocinatur con-
clusiones facit, ex principiis quæ sensibus sunt obvia, & exin-
de sequitur probatio membra secundi qvod nempe mul- 33
ta sint certa atque explorata. Si enim concludatur ex prin-
cipiis quæ sensibus obvia sunt, sequitur qvod talia principia
non sint neganda, alias ex illis minime concludi posset, illa
principia autem vocantur & alias *prima* quæ quasi nobis-
cum nata, ejusmodi sunt: Totum est majus sua parte. Im-
possibile est idem simul esse & non esse. Omne qvod est,
dum est, necesse est esse. Quæ sunt eadem in uno tertio sunt
eadem inter se, & alia. His adjici poterant quæ demon-
strantur in Geometria & Math. quæ nulla ratione convelli
possunt. Unde & *Augustinus* alicubi contra Academicos di-
sputans inquit: *Multa sunt quæ Academicci in dubium vocare ne-* 34
queunt, quæ est illud: scio me vivere aut cogitare, ubi nec dici po-
test fortasse dormis & nescis, & in somnis vides, quia & dormire &
in somno videre vivenis est. Sed quid est de re aperta multa
differere. Nonne secundum omnium Philosophorum asser-
tionem, philosophia est certa rerum cognitio per suas causas?
Multæ ac quidem ferme omnia per suas causas ostendun-
tur, quis igitur negabit Existentiam Philosophiæ. Imo & ap-
petitus omnibus innatus philosophandi, non est inutilis præ- 35
fertim

B

fertim

(10) fertim in qvibusdam individuis indicat existentiam philosophiæ. Vide de his *Authorem contra Acal. Veteris & novae philosophie* pag. 45. 46. Qvæ omnia huc recidunt: si dantur objecta perceptibilia, per collationem unius ex alio declaranda, & fide sensuum atq; intellectus nitentia, datur habitus. mentis qvi circa talia occupatur, id est philosophia Atqui E.

§. V. Nunc ad *definitionem philosophie* progredendum sive ut rectius dicam ad descriptionem, qvia enim philosophia non est res unius prædicamenti, sed ex collectivis logicis, qvæ definiri perfecte nequeunt Alsted. Archel. cap. 1. p. 5. qvid enim perfecte definitur id perfectam naturam habere necesse est, cum definitio sit explicatio essentiæ, perfecta autem natura & essentia hæc duo habet, 1. ut sit unica & in se in divisa i. e. ut habeat essentiam simplicem & impartibilem. 2. ut sit ab omnibus aliis divisa, ut specie & natura sua ab omnibus aliis rebus distincta. Talis autem non est phil: natura, qvia in ea multæ disciplinæ colliguntur. Sic qvoq; hoc loco obiter monemus qvod fere omnes nostræ definitiones sint descriptiones, qvia essentiam veram unius rei invenire vix possumus. Varie autem multoq; modo descripta est philosophia. Veterum Philosophorum Princeps Plato ita describit I. qvod sit *meditatio mortis* conf. Cic. 1. Tusc. Macrob. in som. scrip. c. 13. Philon. de op. mund. Hieron. contra Ruffin. Ponit vero 1. Effectum pro causa ipsa & genus rei, qvod contra naturam Logices. Deinde est metaphora, qvæ secundum omnem Logicorum assertionem, in definitione ponit nequit. Per meditationem autem mortis nihil aliud intelligit, qvam elevationem animæ, atq; adeo abstractionem cogitationum à singularibus ad universalia, à materiatis ad immateriata, à voluptate sensitiva ad practicam illam & intellectivam. Alsted. l. c. p. 5. Qvæ elevatio porro, Jovialis instar aquilæ, geminis alis Ganymedem D'orum convivio sublimen infert, & ex caducarum rerum admiratore & obserua-

servatore *Deo* & *re* *Deo* *egit* jucundissima facit meta- (ii)
morphosi *Jeseph. Lang. in Polyanth.* p. 2170. Duplicem eter-
nū statuit mortem Plato unam *naturalem*, qva anima sol-
vitur à corpore : alteram *voluntariam* qva anima intra cor- 38
pus hærens, sese abstrahit à sensibus, & elevat ad sublimen
rerum contemplationem. *Ammonius super Isag. Phorpb.*
Damascenus hanc significationem mortis explicat solum
per mortis naturalis meditationem, minime autem intelli-
git, philosophiam docere qvomodo qvis se interimere de-
beat, uti nonnulli hanc meditationem mortis explicarunt.
Neqvaquam, sed philosophia est meditatio mortis natura-
lis, secundum qvod etiam ex illius consideratione elective
morimur h. e. affectus deponere discimus, & hoc pertinet
dictum *Eccles. 7.* Recordare novissimorum, & nunquam pec-
cabis, inter qvæ etiam est mors naturalis, qvæ omnia con-
seqventiæ meditationis mortis, dici posse patet. *Conf. Kek-
kerm. in præcog. phil. it. Scheibl. in proem. phil.* Et sic præser-
tim intelligitur *Beo* qvæ in universum habitus philosophi-
cos omnes, suo ambitu complectitur, qvia considerat DEum 39
& opera ejus. Sed paucis, hæc definitio lator est definito, nam
non solum philosophus, sed etiam Theologus meditatur mor-
tem, præsertim Theologus, priori sensu ad practicam philo-
sophiam alias pertinet, posteriori sensu, sumitur pro *Eclasi*,
datur autem illa non solum in philosophia sed etiam in The-
ologia. Probe vero notari velim per hanc ecstasim me non
intelligere revelationes *Qvakerorum* & *fanaticorum*, sed
illam qva homo per cogitationes, in rem sibi propositam à sensi-
bus externis se abstrahit unde & *Alstedius* adjecit. Hanc nem-
pe esse ecstasim Platonicam qva fieri ut *Philosophus* sape ba-
beat oculos & non videret. II. Platoni Philosophia descri-
bitur: qvod sit similitudo DEI, qvatenus est homini possibilis. Si
hoc, nempe qvatenus homini possibilis i. e. non in illa perfe-
ctione summa, aliqualiter explicari posset, cum nempe di-

(12) camus effectum philosophiae esse : perficere animam nostram & particulariter intellectum ac voluntatem. *Intellectus* vero perficitur per scientias speculativas & in tantum expurgatur ab ignorantia & induit scientiam. *Voluntas* perficitur in quantum expurgatur à vitiis moralibus, & induitur habitibus moralibus. Qvod & ad definitionem ipsam attinet sciendum ; sumi iterum hic effectum generalem, verbis impropriis ac quia à Platone intelligi analogicam *quoniam* seu similitudinem æquivoce, imperfecte & minime essentialiter sic dictam , descriptionem hanc minime adæquatam esse puto, quia potius ex Theologia reformationem imaginis amissæ , & conformationem nostram cum DEO,
4^o discere possumus. Definitur III. (*Qvæ & Ciceroni adscribitur 2. offic. & à Francisco Toletto dicitur omnium perfectissima Alsted.l. c.p. 5.*) *Qvod sit notitia divinarum & humana*
4¹ *narum rerum, atq; adeo causarum, à qvib; e& sunt.* Et hæc præsertim est *Stoicorum* definitio seu descriptio. Continet autem tam Theoreticam quam Praticam philosophiam, atque per notitiam divinarum *Theoreticam*, per humanarum rerum vero *Practicam* intelligunt. Sed hæc descriptio genus valde remotum habet , & est latior definito, quia notitia rerum divinarum magis ad Theologiam pertinet, ut tacitam quod nec Physica nec Mathematica doctrina sub hac definitione comprehendatur , maxima enim pars Physicæ & Math. neque pure de divinis neque pure de humanis intelligi debet, quamobrem & *Martyr. Clasf. 2. l. c. 3. n. 5.* hanc descriptionem impugnat, cum dicit : *multa reperiri inter divina & humana*, ut cœlorum orbes, elementa, meteora, mineralia, stirpes, Bruta, &c. *Damascenus* ita explicat descript. ut per res divinas intelligat *invisibles*, per res humanas *visibles*. A qua explicatione non longe distat eorum, qui per res humanas intelligunt eas, *quæ circa nos sunt*, & nobis familiares & concretioni corporali obnoxiae. Per res divinas autem

autem intelligunt res immateriales qvæ à nobis & secundum (13)
esse suum, & secundum cognosci remotiores sunt, qvam
cœteræ, ut propter sublimiorem entitatem res divinæ ap-
pellari possint. Alii per res divinas intelligunt incorrupti-
bilia ut cœlum, per humanas vero corruptibiles. Atqve tunc
omnes res corruptibles, dicuntur humanæ per similitudi-
nem ad hominem, & incorruptibles, divinæ per similitudi-
nem ad DEum. Alii per res hum. intelligunt negotia h. e.
res istas qvæ ad *civilem conversationem* pertinent, & sic sunt
ea qvæ in philosophia practica tractantur, per res div. autem
qvæ sunt *supra negotia* humana & per qvorum contempla-
tionein homo quasi divinus fit, & hæc est Theoretica ob
hanc vero meditationem seu speculationem, Philosophi ma-
gni vulgo *Divini* sunt dicti. Alii per res hum. intelligunt
res factas ab arte, vel prudentia humana, & sic philosophia
practica & instrumentariae artes agunt de rebus humanis.
Per res divinas intelligunt ea, qvæ vel à *DEO* immediate
aut per naturam facta sunt. IV. *Aristotelis* descr. est: qvod 42
sit philosophia scientia veritatis lib. II. Met. c. 4. Sed hæc non
est generalis descriptio verum magis particularis explicatio,
qvid sit Philos. Theor., cum Philosophiæ Theoreticæ finis
veritatem; practicæ vero opus ponat. V. *Cicero* dicit lib. II.
de offic. c. II. Philosophiam *essē rerum humanarum & divi-*
narum, causarumq; qvibus hæ res continentur scientiam, sed
lib. I. Orat. videns collective philosophiam sumi debere, ap-
pellateam *fasciculum omnium artium laudatarum*. VI. *Phi-* 43
losophia est appetitus sapientia & contemplatio veritatis ut veri-
tus est, *Speusippus* in definitionibus Platon. VII. *Est vita hu-*
manæ purgatio atq; perfectio. *Hierocles*. VIII. Philosophia
est ars artium, scientia scientiarum & principium omnis ar-
tis. *Damasc. de phil. tract. II. c. III.* & in hac neq; genus legitimi-
num neq; differentia adæqvata IX. *Philosophia est vir-*
tutis indagatrix, expultrixq; vitiorum, divinarum particeps
rerum

- (14) rerum Apule. & Cic. qvæ descriptio cum grano salis accipienda , tribui qvidem potest philosophiæ , ita tamen ut Theologia maneat Sol , philosophia Luna. Et hæ fuerunt Veterum sententia. Nunc qvoqve recentiorum enumera-remus descriptiones. I. Philosophia est cognitio rerum ut sunt i. e. per suas causas , Conimbr. Proem. Phys. it. Damasc. libr. IV. dialect. it. C. F. D' Abra de Raco in prælud. Log. qui ultimus , hanc convenientissimam philosophiæ definitio nem nominat, probatqve seqventi argumento. Inde dici-tur philosophia , unde homines philosophari cœperunt. Atqui Homines philosophari dicti sunt, cum latentes rerum causas in-vestigarunt & assignaverunt : Ergo inde philosophia dicitur est quod sit rerum cognitio per causas. Sed per causas aliquid co-gnoscere soli Metaph. competit Arist. X. Metaph. c. 3. II.
- 44 45 Philosophia est Habitus animi qui scientia & prudentia constat Fort. Crell. in prolegom. comm. super Acroamaicos Arist. Sed Philosophia non est unicum qvid & simplex, sed congeries habituum, Ergo non est habitus. III. Philosophia est artium liberalium sistema seu comprehensio P. Ramus. Sed genus est Metaphoricum, qvia comprehensio fit manibus, & scientias confundit cum artibus , partes præstantissimas Physicam , Metaphysicam & Ethicam omittit , artes enim libe-rales tantum sunt septem sc. Grammatica, Rhetorica, Dia-le-
- 46 47 etica, Arithmeticæ, Musica, Geometria & Astronomia. IV. Phi-losophia est sistema sapientia ad salutarem tum veri cognitionem tum actionem boni. V. Philosophia est compages scientia & prudentia apta connexione & unione inter se conformata Kekk. in præcogn. Phil. lib. I. c. I. VI. Philosophia est scientiarum & artium comprehensio Christ. Scheibl. in phil. syn. p. I. VII. Est habitus constans sapientia & prudentia Jac. Martini Exercit.
- 48 49 Metaph. I. I. Ex. I. II. IX. Est cognitio rerum quas apprebendit ratio. Hinr. Kipp. in inst. pol. lib. I. c. I. IX. Philosophia est notitia rerum divinarum & humanarum, in quantum homo eas

natu-

naturali intellectus lumine percipere potest. Adrianus Heerebord (15)
in explicatione syn. Logicæ Burgersdicianæ Prolegom. §. 2.
Per notitiam Hic intelligit non actualēm sed habitualem per
res divinas DEum ipsum (2) qvæ a DEO tam immediate ut An-
geli sunt creata, vel mediante natura sic sunt producta. Per
res humanas, qvæ a DEO quidem fiunt, sed mediante homi-
ne, quatenus nempe Homo potestatem accepit, pro suo ar-
bitrio ea faciendi vel non, uti sunt actiones morales in quantum homo eas naturali intellectus lumine percipere potest.
Qvod autem de lumine dicitur, id distinctionis causa inter
Philosophiam & Theologiam addidit. Notandum est qvod
triplex detur *Lumen* quo intellectus humanus in intelligen-
do quasi illuminatur: nempe *Lumen naturæ*, omnibus Ho-
minibus commune, *Lumen gratiæ* solis Christianis proprium,
Lumen gloriae quo illuminantur beatæ animæ. Primum con- 50
venit Philosophiæ Conf. Rob. Baroni Philosoph. Theol. Ancill.
Exercit. III. artic. VI. p. 158. Ab eodem Herrebord describi-
tur alias: qvod sit compages ordinata scientiarum, prudentia-
rum & Artium. XI. Ab Alstedio ultimò describitur qvod sit
comprehensio liberalium disciplinarum inferiorum, qvæ quidem
non rejicienda, sed magis conveniens mihi videtur hæc quam
in Disputatione aliqua me legisse memini. Nempe Philosophi-
am esse Habituum qui speculatione rerum cognoscendarum in-
intellectum, & vita inculpata voluntatem, secundum natura-
lem aptitudinem omnino persciunt, ordinatam seriem quam de 51
scriptionem retineo.

§. VI. Breviter adhuc percurremus hanc descriptio-
nem ac quia primo genus considerandum est, loco illius po- 52
nimus *Ordinatam seriem*. Diximus enim supra, philosophiam
non ex simplicibus ac uno tantum, sed excompositis nem-
pe diversis habitibus constare, ita ut quando dicatur de phi-
los. qvod sit habitus, statim intelligatur collective id dici. Quia
autem & à collective dupliciter accipitur ideo probe obser-
van-

(16) vandum qvod diximus *ordinata* alias enim etiam sumitur
53 *temerariè* i. e. in qvo nullus ordo ut sunt; acervus tritici, te-
mere congestus, aut acervus lapidum. *Ordinata* sunt in
qvibus diversarum qvidem partium congeries est, sed talis
tamen qvæ concinnum aliquem ordinem & unionem ad-
mittit, qvale aggregatum est Mundus, Ecclesia, itemqve ea,
de qva nunc agimus, *Philosophia*. In illa nempe diversæ
scientie & *prudentiae* inter se uniuntur & copulantur, harmo-
nia quasi suavissima, nam sunt unius objecti, cui philoso-
phia destinatur, nimirum intellectus & voluntatis humanæ,
item unius finis, nempe humanæ mentis & voluntatis per-
fæctio, in quantum in hac spurca mundi amurca acquiri po-
54 test. Alias perfectio nostra nulla est. Et propter hanc ar-
etissimam unionem Veteres dixerunt: *Omnes artes inter se ve-
lut manus jungere, mutuas operas tradere, ut qui unam perfe-
ctissime scire velit, necesse habeat omnes cognoscere.* Dicitur &
porro ordinatam seriem *habituum*. Qvod vero constet ex-
habitibus probatur primo ex definitione habitus qui est quali-
55 tas crebris operationibus comparata, & qvod hæc de philo-
sophia dici possit, quotidiana experientia testatur Secundo *ex
fine* qui est animi perfectio ut supra diximus, & qvæ per-
56 fæctio est accidentalis, de ea dici potest qvod sit habitus; de-
inde nemo negare potest mutationem ab ignorantia ad sci-
entiam, esse qvandam animi perfectionem in hac vita, Ex
his igitur ita concludimus: Erg. *Philosophia est ordinata ha-
bitum series.*

§. VII. Nunc ad *differentiam specificam* progredien-
dum, ea itaqve semper ex objecto desumitur. Facile igitur
57 cognoscitur circa qvod Philosophia versatur, nempe duo
subjiciuntur philosophiæ (1) *speculanda* (2) *agenda*. Cogni-
tio speculandarum rerum præstantissimam partem, animam
perficit, & insito sensui appetitivo satisfacit, & complet.
Cognitio autem rerum agendarum actiones nostras dirigit
ad

ad benè honesteqve vivendum. Unde & hæc alteram na- (17)
turæ partem , appetitivam qvæsi sedem perficit. Homo
autem per harum cognitionem nullo modo aliter perfectus
redditur, qvam secundum potentiam insitam. Ideò dixi-
mus secundum naturalem aptitudinem. Perfectio enim de
qva hic dicitur , nulla alia est , qvam qvæ industria nostra
acquisita , minime autem de perfectione Theologica, secun- 58
dum qvam homo coram DEO justus fit, ad hanc nullam ha-
bemus aptitudinem naturalem, qvia illa ex mera gratia no-
bis conceditur. Adjecimus *Omnino* ut indicemus ad phi-
losophiam *integritatem* rerum speculandarum & actionum
necessariam esse, ut ita philosophia simul partibus suis sum-
ptis , convenire possit.

§. IIX. Succedit consideratio Philosophiæ per causas.
Nempe per materialem, finalem & efficientem. Materialis 59
igitur causa duplex est *in qua* & dicitur subjectum , *circa*
quam & dicitur Objectum. De materia ex qva non est
differendum. *Subjectum cui* inhæret est animus huma-
nus , qvem perficit , *Subjectum Cujus* sive qvod denominat
est ipse homo, nam perfectio totum denominat. *Objectum*
vel est *materiale* & sunt res omnes qvæ Facultatibus possunt
esse coñunes , vel *Formale objectum* qvod *sunt res* qvatenus
per rationis ductum sunt scibiles , vel cognosci posunt per
causas. Hoc desumendum non est I. à subiecto vel ejus tra-
statione ut dici possit : In quantum Philosophi præcedentes
in hac re egerunt , in tantum pertinet ad philosophiam. Sed
II. à principio ex qvo conclusiones deducuntur & fine, sc. qvatenus
considerantur ex ratione ad perficiendum animum,
& ita *objectum Philosophiæ*, longe distat ab aliis habituum ob- 60
jectis. Cum enim Theologia & Philosophia versentur cir-
ca multa, illud fit ex revelatione hoc vero ex ratione, e.g.
cum consideranda venit ex ratione Existentia DEI per cau-
salitatis viam , ad Philosophiam, qvando vero id qvatenus
reve-

C

- (18) revelatum consideratur, ad Theologiam pertinere dicimus.
Ita & objecta artium, Medicinæ Mechanicarumqve distin-
61 guuntur. Perficiunt enim non animum, sed potius bona
corporis, producunt. Philosophus igitur cognitionis cau-
sa considerat res naturales, Medicus vero qvatenus ad sa-
nitatem restituendam ordinantur. Probe & hic obſervan-
dum venit: Philosophiam qvia est accidens, non habere ma-
teriam *proprie sic dictam* sc. ex qva, sed ſubiectum in qvo.
62 *Causa formalis* proprie ſic dicta Philosophiæ nulla eſt, qvia
eſt ipſa forma & qviditas qualitatis. Causa enim ſecundum
non nulos ut *Svaretz. Metaph. Arift. Metaph. c. 4. Met. c. 1.5.*
Met. c. 1.12. Met. c. 2. idem eſt ac principium, ac ſæpe cauſa
formalis idem ac principium à qvo forma deducitur, qvod
proprie de Philosophia dici neqvit, niſi forte *unio diversarum*
disciplinarum philoſophia formā dici debeat vide *Alſediuſ. p. 13.*
loci jam antea citati, ubi triplicem disciplinarum philoſo-
phicarum unionem facit, 1. *in certis principiis*, 2. *in objēcto* 3.
63 *in fine*, Vid. & *Keckermannii præcognita* philoſophiæ p. 10.
ed. in fol. *Causa efficiens* philoſophiæ eſt vel universalis vel
particularis. *Universalis* ſive ex qva orta eſt, prima ſapi-
entia infinita & perfectissima, veluti ex corpore solari ra-
dius, qvæ prima ſapientia eſt DEus Ter optimus maximus,
qui omnis boni in natura & ſupra naturam fons eſt, qui &
ſapienſiae tam inveniendæ qvam inventæ perficiendæ, au-
thor celebratur 1. *Reg. 3. 12. Sir. I. 1.* Qyod enim perfectiſſi-
mum eſt in qvolibet genere, id eſt cauſa reliqvarum. Cum
Ergo DEI ſapientia infinita ſit, perfectione graduum & par-
tium, utiqve omnis ſapientia ex hac tanqvam cauſa orie-
64 tur, & qvia DEus in omnibus aliis qvæ humano generi or-
dinarie communicat, utitur cauſis intermediis, ita qvoqve
uſus fuit in communicatingo philoſophiæ dono. Et hæc o-
mnia etiam agnoverunt Ethnici, qui & ob ea DEum cele-
brarunt *Plato in Timæo. Seneca Epifl. XC.* Et Cicero ait: *Nul-*
lus

lus est vir magnus sine afflato quodam divino. Semper enim in- (19)
genia eroica incitari solent ad inquirendum rerum omnium 65
naturam a DEO, in quem finem & subsidium, illos radis sua sa-
pientia illuminat. Hinc DEUS illis dicitur πνευματικος & πνευ-
ματικος vid. Casmann. de phil. Christiana c. VI. Homo enim
quatenus homo i. e. defectu laborans, nil potest intelligere, nil
discere, nisi & cogitandi vim, & cogitationum moderamen
a DEO habeat. Et ex his videri potest gravissimum errorem
errare illos qui Philosophiam Sanam cum Theologia com-
mittunt, tanquam rem pugnantem, & bellum αντιρρος inter
has duas Facultates fingunt. Causa particularis est vel prin-
cipalis vel instrumentalis, Principalis est Homo & ille consi-
deratur vel ut ante lapsum vel post lapsum. Ante lapsum phi-
losophia hominis intellectum voluntatem & affectus ita
perfecit, ut philosophiam naturalem haberet, nec opus
esset aliquam denovo invenire aut constitutere, quod viden-
dum in Adamo mortalium omnium sapientissimo, qui non
solum cognitione sui, sed etiam omnium creaturarum fuit
praeditus, adeo, ut brutis nomina, naturis congruentia,
imponere potuerit. Nostra vero conditio postlapsum lon- 66
ge deterior est conditione Adami, neque enim vel terrena
sapimus aut capimus, nisi DEUS praeter concessam εν φυ-
σιν quam in quolibet Philosopho presupponimus, men-
tem ad inquisitionem veritatis dirigat & adjuvet, ut ve-
ram non simulatam Philosophiam sectetur. Nam ipse
plerumque homo naturae vires, per abusum Philosophie,
in exitium vertere sui assolet. Sine Numine vero nihil est
in homine innoxium. Tantam tamen DEI semper fuisse bo- 67
nitatem ut post miserandam illam & universalem generis
humani apostasiam, lumen illud in homine reliquum fo-
verit, accenderit & confortarit, per verae quoque phi-
losophiae studium, non omnino diffitemur. Gavisi sunt
philosophia primo Hebrei, deinde Assyriis & Chaldaeis ad

C 2

scriben-

(20) scribenda. *Ab Hebreis ad Aegyptios*, & ab illis ad Græcos
fuit propagata. *Laertius* quidem ab initio de Vitis Philoſo-
phorum, ſolus Græcos laudat tanquam sapientiæ invento
68 res, ita & alii, ſed certum eft floruisse sapientiam in orienta-
libus gentibus diu anteqvam ad Græcos propagaretur, &
Jacobus cum filiis ſuis eam in Aegyptum detuliffe dicitur.
Probat & hoc ipfe Josephus qvi expreſſe tradit: viſas fuſſe
tabulas in qvibus Adamus & ejus Filii totam astronomiam
perſcripſerint, qvæ tabulæ vel potius præcepta à Setho, No-
acho probabiliter traditæ, in columnas lapideas ſint trans-
latæ, ut ab aqvis diluvii illæſæ permanerent: qvam colu-
mnam multis poſt Seculis extitiffe in Syria & à le viſam el-
69 fe, narrat idem Josephus antiquit. lib. I. c. 2. *Graci* Ergo etſi
in conſtituendæ philoſophiæ modo reliqvis omnibus gen-
tibus Occidentalibus & Septentrionalibus meritissime præfe-
rantur, tamen inventæ philoſophiæ laudem Hebræis Chal-
dæis & Aegyptiis detrahere nequeunt. Recte autem & in-
ventores & conſtitutores philoſophiæ dividi poſſunt, in eos
70 qvi fuerunt *ante vel poſt Chriſtum*, priores in *antediluvianos*
& *poſt-diluvianos*, posteriores in eos qvi in Ecclesia, & ex-
tra eandem vixerunt. Qvod ad priores primus *utique Ad-*
damus fuit, ut jam ſupra diximus, qvi poſt lapſum ſobri-
am philoſophiam docuit liberos, qvam & primo corrupit
Cainus, dum occideret fratrem Abelem, & hic etiam merito
71 dici potheſt Princeps ſeu fax & tuba ſectarum omnium. Du-
plex enim præter opinionem orta eft ſecta, nempe *Cainita-*
rum & *Sethianorum*, huic fuerunt addicti *Henochus*, *Mathusala*,
illi vero Inventor instrumentorum Mechanicorum *Lamech*.
Crescentibus autem temporibus etiam crescebat ſecta Cai-
nitarum & quidem ita, ut excepto Noacho tota fuerit corru-
pta posteritas Semi, donec diluvio omnes extinguerentur.
Post diluvium Restaurator ſanæ philoſophiæ primus fuit
72 *Noachus*, & propagata eft à *Semo*. *Chantus* vero ob deriſio-
nem

nem Patris Cainiticam philosophiam primo iterum pro- (21)
traxit, ejusque Sectatores fuerunt *Hebrei* & *Nimrodiani* (qui
à patribus nempe Heber & Nimrod ita sic dicti) post Se-
mum & Chamum excelluerunt, & exinde nova secta est
orta qui tandem una cum Japheto in societate Chami con-
cesserunt. Sub Nimrodi imperio floruerunt *Affyrii*, *Chal- 73*
dei, *Bactriani*, *Medi*, *Persæ*, & horum familiares Phœ-
nices, *Ægyptii*, Arabes. De Chaldææ urbe *Orchoa* pro-
gressus Abraham qui ex iis viris deviis solus est relictus, ha-
bitavit ille in Mesopotamia, literis excellenter imbutus, &
veri DEI cultor Gen. XII. 4.5. Filius ejus *Isaacus* & nepos 74
Jacobus inter Nimrodianos viventes etam inter eos propa-
garunt veram philosophiam. *Moses* vero Dux Israelitarum
inter populum suum illam propagavit, & quidem ita, ut *Sa-
lomon* sapientissimus Regum singulari DEI beneficio sum-
mum puræ philosophiæ fastigiū attigerit, quem Daniel secu-
tus. Philosophia sc. gentilium dividitur, in *Barbaricam* & *Græ-
canicam*, prior est vel *Asatica* nempe *Chaldaorum*, *Babulo- 75*
niorum, *Persarum*, *Indorum*, *Phœnicum*, vel *Africana* ut *Æ-
gyptiaca*, *Æthiopica*, & *Lybica* & omnes gentes quæ Græco non
utuntur idiomate. Præceptores priorum fuerunt *Magi*, *Gy-
mnosophistæ* & *Brachmanes*; posteriorum *Sacerdotes* *Ægyptiæ*
Druida & *Semnothei*, *Gallorum*. *Græcanica* dividitur in *Mythi- 76*
cam sive fabulosam & veram propriæ sic dictam philosophi-
am, prioris cultores fuerunt Poetæ, qui odas & hymnos
dulces & sapienter conscriptos cecinerunt. Inclaruerunt ita
Homerus, *Musæus*, *Linus*, *Orpheus*, *Hesiodus*. Qvos & fortasse
imitati sunt priscos Talmudistæ si fabulas doctas *nam tò gr-*
mò eorum spectes at. *nam tò gr-mò* innumera pallio poe-
tico texerunt. Illa itaque philosophia est vel *naturalis*, quæ
arcana DEorum, vel *Moralis* quæ virtutum studia & vitatio-
nem vitiorum multis commentis, & laudem *politica* quæ He-
roum facta continet. Veræ philosophiæ proprieq; sic dictæ,
culti-

(22) cultores fuerunt *Septem Sapientes*, & eorum discipuli, à qvi-
77 bus ortæ sunt duæ Sectæ *Jonica* nempe & *Italica*. *Jonica* à
Thalete Milesio Sapientium uno incœpta (vel ut alii volunt
ab Anaximandro Milesio Thaletis discipulo) ex qva post So-
cratem Physica studia in Ethica permutantem, Academica
Platonis, & Stoica *Zenonis*, orta est, priorem secutus est *A-*
rיסטoteles Platonis discipulus inter qvos & fuit Cicero poste-
riorem vero qvæ sub se comprehenderat Catonem, Senecam
78 & alios jam diu evanuisse legimus. *Italica* à Pythagora
est constituta, à qvo etiam illa philosophia nomen cœpit.
Successores ejus esse asseritur *Mnemarchum*, *Bulageram*, *Ty-*
dem, *Diodorum*, *Aspendium* & deniqve Pythagoræos. Ab Ita-
licæ Sectæ orta est *Eleatica* Authore *Xenophonte*, & ex illa
79 Epicurea ab Authore Epicuro cognominata. De reliqvis
Veterum sectis ex Schola Socratis ortis videri potest *Alsted.*
Kekkermannus, *Spanheimius* in antiqvitat. sacris p. 105. seqq.
Nolo & prolixius esse in enumeratione philosophorum re-
centiorum qui sunt vel *Patres Ecclesiastici*, vel *Doctores Scho-*
lastici, priores vel *Graci* vel *Latini*, posteriores vel *Latini* vel
Theologi. Ansa nobis de his datur si considereremus philo-
80 phiam post *Christum natum*, dum eam paucis fuscipimus
evolvere partim in Ecclesia partim extra Ecclesiam, in-
ter hos numeratur *Judaica* & *Ethnica*. *Judaica* constabat præ-
fertim his tribus Sectis: Nempe *Phariseorum*, *Saduceorum* &
Essorum, qui comparari possunt, cum supra dictis Sectis Gen-
81 tium ita, ut *Phariseos* ad *Stoicos*, *Saduceos* ad *Epicureos*, *Essos*
ad *Cynicos* reducamus. Ethnicæ Philosophiæ addicti fue-
runt, *Ennius Pythagoræus Mar. Acc. Plautus*, *Marc. Terr. Varro*
Lucretius, *Carus*, *Marcus Cato Major dictus*, *Cajus Julius Ce-
sar*, *Pompejus Magnus*, *Virgilius Maro*, *Quintus Horat. Flaccius* &
82 alii de qvibus videre licet *Christ. Thom. de sectis philosopho-*
rum. In Ecclesia fuerunt jam antea dicti Patres primiti-
væ Ecclesiæ, & Scholastici Doctores considerati ut recentes
qvi

qui & Christianam philosophiam adversus gentiles afferu- (23)
erunt, ejusque usum in Ecclesia monstrarunt. Tales sunt
Dionysius Areopagita, Justinus Martyr, Athenagoras, Tertullianus, Irenaeus, Pantenus, Clemens Alexandrinus, Origenes, Themistius, Gregorius Neo-Cesariensis, Arnobius, Laelantius, Basilius Magnus, Gregorius Nanzianzenus, Hieronymus, Chrysostomus, Augustinus, Cyrillus &c. E numero Theologorum Græcorum est *Damascenus*, & ut Bellarminus vult inter Latinos primus *Petrus Abelardus*. Et hi Theologi Scholastici
aliæ sunt *Summulista*, alii *Sententiaris*, alii *Quodlibetarii* & 83
hi sunt Theologi. Ex Philosophis primus fuit *Job. Rucelinus* Britannus, cuius discipulus *Petrus Abelardus* Vir quam maxime eruditus valde tamen infelix. Et Philosophi in variis sectas post Albertum M. divisi sunt: In *Albertistas*, Thomistas five *Dominicanos*, *Scotistas* five *Franciscanos* *Occamistas*, *Egidianos*, *Alexandros*. Sæpe etiam inter Scholasticos 84
fit divisio *Nominalium* & *Realium*, qui jam Rucelini tempore quidem fuerunt, tandem *Nominalium Secta* paulo post desit, quam tamen reduxit *Guilielmus Occamus*. Qui *Nominalium* primum genus Universalia nomina esse contendit, Alterum meros animi conceptos esse dixit. *Reales* qui sunt in *Scotistas* & *Thomistas* divisi, eadem universalia in ipsis rebus quærebant. vid. de his *Adam Tribechorii lib. de Doctribus Scholasticis*, *Lud. Crocium Instruct. de ratione studii Theologici c. VII. §. 20. seqq.* Recentiores hi Philosophi sunt vel *Peripatetici* vel *Ramei* vel *Lullista* vel *Paracelsista*, *Recentissimi Aristotelici*, *Gassendici*, *Chymici* qui peculiarem quasi sectam 85
constituunt, omnes disciplinas excepta Physica ferè negligentes atque de his satis dictum plura desiderans legi fusius potest *Laert. Cicer. Gellum, Aug. Rungium, Kekkerman. Alsted. Masen. in palæst. styl. Rom. lib. IV. c. IX. Eus. Rom. animad. in Preadamit. Isaac. Peirerii. c. IX. p. 100.*

§. IX. *Causa instrumentalis duplex est interna & Externa.*

(24)terna. Interna sunt principia tum *naturalia* tum *habitualia*,
88 priora sunt vel *prima* vel à *primis* orta, illa *sensus* sunt impi-
rimis *visus* & *auditus*, hæc sunt *observatio*, *Experientia*, *indu-
ctio*. *Observatio* est sensualis perceptionis notatio Arist. 2.
Poster. c. ult. *Experientia* est habitus ex pluribus cognitio-
nibus singularium, qvæ eodem modo contigerunt, memo-
riâ comprehensis, genitus Arist. 1. *Metaph.* c. 1. & D. *Thom.*
89 *ibid.* lecl. 1. & 2. post sect. ult. *Inductio* est argumentatio in
qva ex omnium partium enumeratione totum colligitur
Arist. l. cit. *Principia habitualia* sunt *Attentio*, *Letio*, *Selecio* &
Exercitatio vid. *Petr.* *Titum in libr. Naturæ pag. II.* *Externe
causæ* sunt *Doctores* sive *Magistri* partim *vivi* ut *præcepto-
res*, partim *muti* ut *libri*, *instrumenta* &c. *Causa Finalis*
90 vel finis philosophiæ est vel *ultimus* vel *intermedius*, prior
est gloria DEI probatur hoc Psalm. XIX. 1. 2. 3. & ipso So-
crate dum dicit: ideo *Dialecticam* & *Rhetoricam* esse discep-
dam, ut *DEO* grata dicere possimus. Licet enim & nobis de
philosophia gentilium videatur minime dici posse, qvod pro
fine habuerit gloriam DEI, siqvidem veram cognitionem
de DEO non habuerunt, sed resp. indirectè, et si non inten-
derint directè, qvod fecerunt *præprimis* Sapientiores, pro
modulo cognitionis suæ, ut negandum non est. Et demus, ple-
rosqve Philosoph. Gentilium suisse malos, si vitæ praxin spe-
ctes; Annon DEus etiam opera malorum in sui gloriam diri-
git, et si non ex intentione improbi, gloria tamen DEI semper
manet summus finis sive nos illum intendamus sive non...
91 *Intermedius* finis est perfectio animi humani, & secundum
gloriam DEI mensura philosophiæ. Alias & finis philosophiæ per scientias Theoreticas & Practicas dividi solet in *prin-
cipalem* & *secundarium*, prior est cognitio veritatis, in qua
92 perfecte mens hominis acqviescit, & inæstimabilem volunta-
tem sentit, posterior alias & usus appellatur, varie potest sta-
tui in omnibus scientiis, prout sc. est consilium aut necessitas
ejus

eius qvi circa illam doctrinam versatur. Probe autem no- (25)
tandum discriminem inter finem & usum. Finis enim est causa
propter qvam principaliter efficiens agit: Usus vero ad qvam 93
res minus principaliter est ordinata, & ille usus est duplex,
alius *illegitimus* sive spurius, qvi continetur in falsa philoso-
phia, alius est *legitimus* sive genuinus. Priorem Sociniani
valde extollunt non quidem ut illegitimum (qvia nunquam
neqve hæreticus neqve ullus homo dum facit mala sub spe-
cie mali id facit, sed semper sub specie boni) sed ut *legiti- 94*
mum, attamen illū usum extollunt, ut rationem in adeo sublimi
fastigio collocent, atq; ipsius Theologiæ principiū constitue-
re non vereantur: ita enim Schlichtingius *Disp. de Trin. c.*
Meisn. p. 125. Nihil credi potest qvod à ratione capi & intelligi ne-
great. Et Smalcius *Disp. IV. de Justif. c. Frantz. f. 137.* Nulla
est religionis particula, que cum ratione non convenit, & que
cum ratione non convenit opinio, ea etiam in Theologia nullum
locum habere potest. Ita & Osterodus & alii Calviniani. Qvod non
ad usum legitimū, sed insignem potius abusum philosophiæ
pertinet, facile dijudicandum erit. Posteriorem contemnunt
sive rejiciunt *Judei & Fanatici* philosophiæ rudes contem-
ptores, item olores Scholarum Academicarum, qui illas dia- 95
bolicas tanquam in qvibus veritas opprimitur, Christus
& Sp. S. non habitat, traducere solent, sic enim Weigelius pars
I. postillæ fol. 195. Ich sage wahrhaftige Wort so wahr als Ich
ein Mensch bin / daß Christus in keiner Hohen-Schule in der ganzen
Welt nicht gefunden werde / und sich nicht finden lasse bei solchen Hof-
fartigen Weltgelährten, die sich an der Wahrheit ärgern. Warum schlie-
tet man seine unschuldige arme Jugend an solche Dörter/ da Christus der
einige Schatz weder gefunden / noch erkennet werden mag.
96

Capitis II. CONSPPECTUS.

Philosophia divisio est necessaria n. 1. De Platoni mente amplius ejusque funda-
quale totum illa cum dividitur n. 2. ment. n. 7. 8.
quod expeditur remotive & positive 3. 4. Rami divisio Philosoph., Epicuri, & recent.
Variorum sentent. de division. Philosoph. n. 9. 10. seq.
Xenophontis, Platonis, Cleanthis, n. 5. 6. Ipsiusque Toleti, qua demonstratur & ex-
penditur
D

- (26) penditur n. 12. 13.
Artes mechanicas huc non pertinere, quod
Protoplastorum exemplo probatur n. 14.
Herebordi sententia, quam explicat Al-
sted. n. 17.
utriusque sentent. conciliatio tentatur.
n. 17. 18.
Hobbesii mens recensetur ex examinatior
n. 19. seqq.
Antonis de le Grand additur n. 23.
Aristotelis divisio prefertur, & quid Theo-
reticum & practicum sit docetur n. 24. sq.
Objectio in contrarium theoriam & praxim
non semper sibi opponi n. 27. 28. seq.
Hominem accedere ad DEum per Theoriam
veri & Praxim boni, & hinc fundari
Philosoph. divisionem n. 32. 33. seq.
Mentem acquisitis habitibus primo desti-
tui; de habitibus acquisitis theor. 35-37.
De habitu Scientia ejusq; varis acceptio-
nibus n. 38. 39. seq.
De habitu Intelligentia & quid n. 41. 42.
De facultate intellectiva singulariter, & de
dist. intellect. in agentem & patientem,
de que rationis exercitio n. 43. 44. 45.
De cognitione noetice & dianoetice fa-
cta, objectum intelligentia speciale n.
46. 47.
Quid habitus sapientia n. 48.
- Varia voeis acceptio. Habituum thoreti-
corum ordo n. 49. 50.
Quo sensu Philosophus omnia sciat de va-
ria demonstrandi ratione apud Philoso-
phos, & ejus certitudine n. 51-53.
Alia annexa Sapientia n. 54.
Prudentie habitus quid? n. 55.
Presupponit liberum arbitrium n. 56.
Non est vera in homine malo, ubi de lan-
de malis dispensatoris ex Luc. XVI. n. 57.
Prudentiam respicere bonum praticum
n. 58.
Prudentie usus circa promovendum bo-
num particulare vel universale n. 59. 60.
Quatuor adjuncta prudentia n. 61. 62.
Hieronymi τερατοφύνης n. 63.
Artis habitus factivus n. 64.
Differunt efficere & agere n. 65.
Artis & prudentia cognitio n. 66.
De Artibus liberalibus & illiberalibus n.
67. seq.
Liberalibus artibus accenseri Logicam &
Rheticam n. 68.
De illa pluribus n. 69. seq.
Poesin adscribendam artibus liberalibus
n. 72.
Nec Gnostologiam nec Noctogiam nec Mnem-
monicam, augere habituum nostrorum
numerum 73. seq.
Conclusio pathetica ex Augustino.

CAP. II.

DE

DIVISIONE PHILOSOPHIÆ.

§. I. **D**iviso est alicujus totius in suas partes, quod igi-
tur dividitur ante totum esse oportet. Totum au-
tem dicitur vel *universale*, vel *Essentiale*, vel *inte-
grale*. Totum *universale* sive *potentiæ* est, quod partes suas
potestate tantum non actu continet, seu quod dividi potest ut
genus in species. Totum *Essentiale*, est quod ex partibus ejus
quid-

qvidditatem sive Physice sive Metaphysice constituentibus (27)
coalescit, ut homo Physice ex corpore & anima rationis com-
pose, Metaphysice ex animali & rationali. *Totum integrale*, seu
quantum est, quod partes habet ad rei integratatem pertinen-
tes. Hisce præmissis qværitur: an *Philosophia dividatur ut Totum* ²
universale an Essentiale an vero integrale. Respondeatur I. Non
universale. Duæ enim sunt totius universalis conditiones,
I. *Unitas*, ut in se sit unum, & distinctam ab omnibus suis spe-
ciebus naturam habeat II. *Communitas* ut latius sit omni-
bus suis speciebus: Philosophia autem non qvid diversum ³
à Physica, Mathematica, Metaphysica, Ethica, Oeconomica
& Politica, sed harum 6. partium aggregatio simul combi-
nata, vocatur Philosophia, qvia itaqve ut totum univ. dividi
non potest non est tale totum univ. II. Neqve dividi potest
ut totum Essentiale, qvia talia tota certam habent & deter-
minatissimam naturam, atqve adeo exactam definitionem.
Et id de Philosophia asseri neqvit. III. Dividitur autem ut
totum integrale i.e. ut tale, qvod ex partibus sive membris
materiam habentibus, combinatur, sicuti corpus humanum
apta quadam compage superiorum, mediorum, & in infi-
morum membrorum constituitur, atqve horum respectu
totum integrum appellatur.

§. II. Tendamus plus ultra, & sicuti descriptiones di-
screpantes philosophiæ à Philosophis traditas recensuimus,
ita etiam coñmemorandæ erunt variorum Authorum de par-
tibus philosophiæ sententiæ. Primo loco ponimus *Xenophon-*
tem Colophon, qvi philosophiam teste Laertio partitus est
in *Physicam & Logicam*. II. *Archelaus Atheniensis* dividit in
moralement & physicam In hac omissa est Metaphysica & Ma-
thematica, in illa desiderantur scientiæ & tota Philosophia
moralis. Adjicit autem Logicam (nempe utentem) qvæ mi-
nime est pars philosophiæ principalis qvia est ars. III. *Cle-*
antes in 6. partes divisit, in *Dialecticam, Oratoriam, Moralem,* ⁵
Civi- ⁶

(28) *Civilem, Naturalem, Theologicam*, sed hæc divisio latior est di-
viso, qvippe qvia dialecticam & Oratoriam inter philosophiæ partes numerat. IV. *Plato* primus philosophiam tri-
partitam fecit, *Logicam* sive rationalem, *Physicam* sive Natura-
lem, & *Ethicam* sive Moralem, ita tamen ut neq; sub Logica ar-
tes liberales, neq; sub Physica Mathesis & Metaphysica, neque
sub Ethica Oeconomica comprehendenderetur, sed partim hæc
divisio est angustior diviso, qvia nempe non includit metaph.
& mathem. partim latior, qvia nempe Logicam inter partes
Philosophiæ proprie sic dictas numerat, cui divisioni hodierni
Jesuitæ symbolum adjiciunt, Platoni qvidem adscribitur te-
stante *Cicerone* cum inquit Acad. *Qvæst. Lib. I. c. V.* Fuit jam à Pla-
tione accepta philosophia ratio triplex: una de vita & moribus, al-
tera de natura & rebus occultis, tertia de differendo, & quid ve-
rum & quid falsum, quid rectum in oratione parvumve, quid con-
sentiens quid repugnans, judicando, qvia autem in scriptis
Platonicis non inveniuntur, nonnulli in totum contradic-
7 cunt. Videri potest de his Kekkerm. prægn. phil. p. 7. Parti-
tio philosophiæ qvæ proprie Platoni adscribitur, est in *παιδίαν* & *παιδίαν* lib. VI. de Republ. Propædiam vocant phi-
losophiæ præparationem & instrumenta, paediam vero ipsa
philosophia, sub priorem nempe præparationem continen-
8 tem artem *Logicam*, *Rheticam*, *Grammaticam*, qvod tamen
fieri neqvit, qvia defensores ipsi dicunt: sub paediam compre-
hendi totam philosophiam, qvod si ita est non video qualiter
philosophia dividi possit in præparationem philosophiæ &
philosophiam ipsam, cum idem non dividatur in se ipsum.
9 Sub paediam secundum *Ramum* continetur Physica, Ethica, Hi-
storica, Poesis. At qvælo si *παιδία* est ipsa philosophia, cur o-
mittitur Metaphysica & Mathematica, tanquam nobiles phi-
losophiæ partes. Stoici qvoque tripartitam fecerunt phi-
losophiam: in Physicam, Ethicam & Dialecticam, ita tamen ut
per Dialecticam qvandoque inteligerent philosophiam di-
vinam

vinam. Epicurus duas agnovit partes nimirum, materialem (29)
& moralem, Rationalem rejicit. Olim Philosophia in una 10
Physica versabatur. Socrates autem statim adjecit Ethicam, Plato Dialecticam, & Pythagoras pro præparatione ad
studium Philosophiæ habuit doctrinam matheseos, & tam
ad Physicam quam Theologiam retulit. Recentiores non
nulli philosophiam dividunt in Theoreticam, Practicam 11
five ~~moribus~~ i. e. factivam, quæ divisio à Franc. Toleto in
proœm phys. c. ii. explicatur ut sub ~~moribus~~ etiam artes me-
chanicae comprehendantur, sententiam suam confirmat se-
quenti arguento. Ubi triplex est morbus, ibi triplex quo-
que remedium cuique morbo conveniens, sed in homine est
triplex morbus. Erg. Minorem probat eo modo quod Phi-
losophiam eum in finem inventam esse affirmat, ut ignoran- 12
tiam per lapsus contractam quodammodo expellat. Ea igno-
rantia autem cum non solum sit cognoscendarum & agenda-
rum rerum, verum etiam efficiendarum, quæ ad sustenandam
vitam necessariæ sunt: ideo ergo præter Theoreticam
& Practicam dari etiam tertium nempe factivam. Sed meo
judicio non satis accurate minor est probata, siquidem si in
contrarium argumentarer sequentem in modum: Quodcum- 13
que necessitatis gratia est inventum, illud ante lapsus non
fuit, atque artes mechanicæ necessitatis gratia sunt inventæ
Ergo. Si quis negaret consequentiam majoris facile proba-
re eam possem, quod sc. ante lapsus omne quod fuit per-
fectissimum fuerit, ideoq; protoplastas nihil egisse. Non
quidem inertiorpentes desidia, vel necessitate, quærendi vi-
etus compulsi, quæstusve aut lucri gratia. Quod vel ipse
Ovidius conjectavit de aurea ætate sic canens: *Rastroe in-
tacta, nec ullis Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus:*
Si autem nihil egerunt quomodo igitur necessitatis gratia
aliqvad ante lapsus inveniri potuit. Quia autem illam per-
fectionem amiserunt Parentes post lapsus omnia egerunt, 14

(30) atq; ideo ob summam necessitatem, qvia in sudore lucrum
qværere debebant, artes mechanicæ sunt inventæ, & exinde
patet qvod illud qvod ante lapsum ob imperfectionem non
habuerunt, amittere etiam non potuerint. Ideoqve meri-
15 to è philosophiæ cancellis rejiciantur, qvia sunt ignobiliores
& non simpliciter honestatis aut cognitionis, sed solius po-
tius utilitatis & necessitatis gratia addiscuntur, & minime
ad perfectionem humanæ sapientiæ conferre possunt. Quid
qvæso fieret si textores atq; omnium ordinum opifices in-
16 ter philosophos numerarentur. *Adrianus Heerebord in ex-
plicatione Synopseos Logicæ Burgersdiana Proleg.* Ad partem
philosophiæ Theoreticam scientias tres nempe Metaphysi-
cam, Mathematicam, Physicam. Ad practicam pruden-
tias tres Ethicam, Oeconomicam, Politicam, ad Poeti-
cam artes nempe: Grammaticam, Rheticam, Logicam
pertinere affirmat. Ab eo non long. distat *Henric. Kip-
ping* instit. polit. lib. i. c. ii. qui ad partem Theoreticam re-
fert Metaphysicam, Pneumaticam, Physicam & Mathema-
ticam. Ad practicam Ethicam, Politicam, Oeconomicam
& Historicam, ad Poeticam, Grammaticam, Logicam, Re-
thoricam & Poësin. Prolixius vero hanc divisionem ex-
plicat. *Job. Henricus Alstedius in Technologia l. II. c. I. p. 80. seqq.*
17 & qvidem ita ut sub parte philosophiæ Theoreticæ com-
prehendat, 1. Metaphysicam, 2. Physicam, 3. Pneumaticam, 4. So-
matologiam, 5. Mathematicam generalem, 6. Arithmeticam,
7. Geometriam, 8. Cosmographiam, 9. Uranoscopiam, 10. Geo-
graphiam, 11. Opticam, 12. Musicam: Sub practica 1. Ethicam,
2. Oeconomicam, 3. Politicam, 4. Scholasticam, 5. Historicam,
Sub Poetica vero 1. Mnemonicam, 2. Lexicam, 3. Grammati-
cam, 4. Rheticam, 5. Logicam, 6. Oratoriam, 7. Poeticam.
Facile puto hanc divisionem conciliari posse, nempe late
sumpto vocabulo *practico* deinde considerando practicum
bifarium sumi posse. Nam primo opponitur *mnemonicæ* &
tunc

tunc appellatur habitus qui dirigit ad operationem talem (31)
ad quam non relinqitur opus, & sic prudentia est habitus 18
practicus. πονητὸς autem qui dirigit ad operationem, quæ
relinquit opus, & sic ars est habitus πονητὸς. Deinde sumitur
communius, sic ut comprehendat etiam πονητὸς & hoc sen-
su opponitur Theoretico, & sic appellatur omnis habitus
qui non sistitur in cognitione. Si igitur philosophia late di-
vidatur ac quidem ita ut practicum opponatur πονητὸς fa-
cile admitti potest, si vero strictius, secundum nonnullos,
minime.

§. III. Accingamur porro ad considerandas adhuc
varias divisiones Thom. Hobbes: Philosophiam partitur in du- 19
as partes principales; Verba ejus hæc sunt: *Corporum
generationes proprietatesque quærentibus*, duo corporum gene-
ra, maximèque inter se distincta se offerunt; unum quod à na-
tura rerum compaginatum, appellatur naturale: alterum
quod voluntate humana conventionibus passionibusque homi-
num constitutum, civitas nominatur. Hinc itaque oriun-
tur primo duas partes philosophiae: *Naturalis & Civilis*. Dein:
de vero quia ad cognoscendas civitatis proprietates necessari-
um est, ut hominum ingenia, affectus, mores, ante cognos-
cantur, Philosophia Civilis rursus in duas partes solet scin- 20
di, quarum ea, quæ de ingenis moribusque tractat, Ethica,
altera quæ de officiis civium cognoscit, Politica sive ci-
vilis simpliciter nominatur. Hæc ille. Sunt etiam nonnulli
qui philosophiam partiuntur in generalem & in specialem.
Sub generali ajunt contineri Logicam, Rheticam, Gram-
maticam. Specialem vero dicunt referri ad res vel abso-
lute consideratas, ut est metaphysica, vel consideratas ad aliud,
idque vel in natura vel in actione: & in natura iterum vel
abstracte vel concrete. *Abstracte* vel in numero ut Arithme-
tica vel magnitudine ut Geometria. *Concrete* ut Physica,
Optica, Musica, Astronomia. In actione iterum vel singu-
lari 21

(32) lari, ut Ethica, vel sociali ut Oeconomico & Politica. Laudandum quidem in hac divisione, quod non Metaphysicam est philosophia exterminet, ut plerique Rami sectatores, sed id vituperandum, quod Logicam, Rheticam, Grammaticam philosophiae partes faciat, & quod scientiarum Physicæ nimirum & Mathematicæ ordinem ac seriem confundat perplexis abstracti & concreti terminis. *Anton. le Grand. in Institut. phil. secundum principia Renati des Cartes, Præcognoscendis. §. 7.* in decem partes philosophiam distribuit, quarum 1. agit de Logica 2. de Summo Numine 3. de intelligentiis & dæmonibus. 4. De physica Generali. 5. De mundo & cœlo. 6. De quatuor corporibus. 7. De viventibus. 8. De Homine. 9. De mente Humana. 10. De vita recte instituenda. Quam distributionem quilibet, qui Cartesium non pro Numine colit, refutari potest.

§. IV. Nos retineamus accuratissimam philosophiae distributionem *cum Aristotele Metaph. c. I. §V.* In Theoreticam & Practicam. Cum enim philosophia dicatur perfectio animi aut medicina, animi vero duæ sint vires ad modum præstantes, quæ perfectionem aut medicinam recipiunt & reqvirunt τὸ ὄρεγμα τοῦ τὸ γνῶσιον, quarum hæc scientia rerum & cognitione, illa veri boni appetitione & consecutione expletur, fit etiam ut ista pars philosophiae quæ τὸ ὄρεγμα τῆς Φυσικῆς perficit vocetur τέλεσθαι quæ vero τὸ γνῶσιον absolvit, dicatur θεωρητικὴ. Theoretica est habitus intellectus principalis acquisitus, qui ea quæ in hoc universo Deus contemplanda proposuit, & in nuda veritatis sive objecti contemplatione ultimato acqviscit. Practica est habitus intellectus principalis acquisitus qui humanas actiones ad rectæ rationis dictamen & honestatem componit, & in nuda veritatis sive objecti contemplatione non acqviscit & hæc duæ non nisi finibus & objectis distingvuntur. Finis igitur Theoretica ultimus est sola cognitio. Practica vero præter

præter cognitionem respicit etiam actionem. Sic objectum (33)
disciplinæ Theoreticæ sunt *res speculativæ*, qvæ a nobis tan- 27
tum cognoscuntur. Practica autem circa res activas ver-
satur, qvæ sunt contingentes, & in nostra potestate positæ,
qvarum cognitio sine actione nullius momenti est. Dixi
notanter cognosci *ex fine ultimo*, objicitur enim nobis a-
lias, sunt aliquæ disciplinæ qvæ & speculativæ & practicæ,
atqve nulla datur scientia qvæ non sit practica & Theore-
tica, ac per consequens hanc divisionem rejiciendam esse, 28
adeoq; scientiarum differentias non satis sibi esse oppositas
dicunt. Antecedens probant: Ethicam appellare possumus
speculativam, qvia tradit cognitionem virtutum & vitiorum.
Practicam vero quatenus cognoscit ista ad operandum se-
cundum eam cognitionem, Respondetur I. falsum esse nul-
lam dari scientiam, qvæ non dici possit Theoretica & pra-
cticæ in sensu lato concedo, stricto vero nego. Aliud *enim*
est preceptorum notitia, aliud rerum scientia. Illa est in parti- 29
bus omnibus, hæc tantum est in parte speculativa, item sci-
entia nihil agunt, sed omnia cognoscunt. Cognitio vero ista
etsi aliquem usum habeat, non tamen *usus* cum *actione* con-
fundi debet. Respondetur II. Si *ex fine ultimo* sumantur il-
læ differentiæ, tum Ethicam & omnes scientias practicas
esse habitus practicos, non Theoreticos. Licet enim co-
gnoscant & speculentur, tamen id faciunt propter alium fi- 30
nem h. e. propter operationem. Ubi igitur cognitio tra-
ditur propter operationem, ibi simpliciter est habitus practi-
cus. Ubi autem cognitio terminatur, in se & non refer-
tur ad operationem, ibi est habitus Theoreticus, vide Scheibl.
opus Log. præf. p. m. 9. Defendimus porro hanc distinc- 31
tionem esse *legitimam*, sequentem in modum: consideravi-
mus ipsum *τέμνων* Philosophiæ esse sapientiæ studium, eam
igitur animi esse perfectionem qvivis videt. Indubie autem
omnium hominum optimus & perfectissimus in hac vita is 32

E

demum

(34)demum censetur, qvi qvam proxime ad DEum accedit, & ut verbis *Alexandri Aphrodisi*. loqvar: ομοιότητα μάλιστε των θεών.
Qvare mente hic recolas oportet, inter summa bona, pro maximis uno ore haberi duo hæc, sc. *γεωγίαν* veri & *περιήγησιν* boni. Hinc fluit necessario perfectionem hominis & ιμάντων cum DEO, primo & maxime consistere in æternæ veritatis contemplatione, & qvidem exquisita, qvæ hominem non magnum opinatorem, sed sapientem facit & perficit. Deinde Homo est animal civile non solivagum: cujus rei gratia ideo sermo ei tribuitur; deinde manus, & deniq; intellectus practicus. *Sermo* ut ejus usus esset in communitate & conversatione: *manus* ut multarum rerum indigentia fese liberaret: *intellectus* practicus, ut componeret affectus, & actiones suas juxta virtutis normam institueret, atq; insuper assereret se qvippe prius hominem, qvam de eo cogitaret qvod supra res humanas est. Qvare beatitudo naturalis duplex est altera *Theoretica* alter *Præctica*. Et hinc communiter statuitur philosophiam duplē esse. Oppugnant & nonnulli alii hanc distinctionem, qvia autem puto me satis hanc declarasse, ad alia convertor, & paucis qvidem prosequor adhuc *Theoreticam* & *Præticam* distinctionem.

34 §. V. Cæterum qvia animus noster cum primum in lucem edimur, nudæ tabulæ instar est, nempe non ratione principiorum connatorum sed habituum acquirendorum, & ad sui perfectionem potentiam tantum habet; ut igitur perfectionem hanc consequatur, potentiam illam in actum deduci oportet, deducitur autem habitibus, & hoc est qvod in definitione nostra diximus: nempe Philosophiam esse series habituum. Dicuntur vero *Habitus* *intellectuales* i. e. tales, qvi disponunt intellectum ad percipienda intelligibilia, definiri aliter solent habitus, qvod sint qualitates ad operationem facilitantes potentiam naturalem. Invenimus ve-

35 36 *ρὸι* *aliοις* semper vero*ς*, *aliοις* semper falsos, *aliοis* deniq; inter

termedios , qvi veri vel falsi esse possunt. Primi generis (35) qvinque sunt : *Intelligentia* , *Sapientia* , *Prudentia* , *Ars* , & *Sci-entia*. Habitus semper falsi duo , *error* & *heresis*. Interme-dii sunt , qvædam probabiles opiniones & dicuntur *opinativi* , ad qvos non abs re *facultatem* revocabis , qvatenus sumitur pro illo habitu qvo aliquis est instrutus. De *semper veris* hic agendum est habitibus , qvi præcipue à nobis adspiciuntur ut *disciplinæ* , qvæ sunt in intellectu *objective* , atqve qvi-bus facilitatur potentia naturalis ad actum , i.e. ut facilius beneq; aliquid effici possit. Ut autem ordine procedamus primo consideramus Habitus , partem Theoreticam susti-nentes , deinde practicam , & si hæc communius seu secun-dam nostram divisionem non intelligi debeat , ita ut oppo-natur Theoretico , addi etiam posset habitus *minimorum*. Theoretica pars est qvæ in se continent scientias univer-sales , Universalis vero scientia vocatur *integrum aliquod syste-ma disciplinae contemplativae* ; i.e. tales qvæ discuntur tantum contemplandi non operandi causa. Definimus & *Scientiam* 38 per habitum contemplativum , qvo qvis inclinatur ad assen-tiendum conclusionibus necessariis , per proprias causas , non autem per primas. Probe autem notandum , scientiæ vocem varie sumi i. *Late* pro qvolibet habitu intellectuali , qvo sensu qvælibet disciplina potest appellari *scientia* , qvod convenit cū 39 divisione illa scientiæ in *primā* & *secundam*. Prima scientia est qva contemplatur rem simpliciter & in genere est qvatenus res , & hoc modo dicitur etiā Metaphysica scientia , alias enim notum nonnullos nullo modo admittere velle , qvod Meta-physica nominari possit scientia , & qvidem ex hac ratione qvia versatur scientia circa principia nobiscum nata , *sapi-entia* vero circa principia orta , cum tamen non absurdum foret illam scientiam appellare. Cognoscuntur enim in ipso proprietates Entium per demonstrationem , ergo co-gnoscit conclusiones suas scientificè , scientia enim est de-mon-

- (36) monstracionis effectus, nolo autem de hac de re hic differere prolixer de his agit Scheiblerus opere *Metaphysico* p. II. seqq.
- 40 Scientia autē secunda stricte dicitur scientia, qvæ contemplatur rem in *specie* qvatenus talis est, i.e. certi generis res est, sub hac comprehenditur. 1. Scientia corporis, qvatenus corpus est i. e. *Physica*, dicitur & alias scientia naturalis, qvia omne corpus in se naturam pro principio habet. 2. Scientia circa quantitatem occupata, i. e. *Mathematica abstractive*, ut Geometria vel Arithmeticā, *concretive* vel corporum ut Astronomia, vel Geographia, vel qualitatum ut Optica Musica.
- 42 § VI. Parti Theoreticæ primario competit *Intelligentia* qvæ in enumerando prius poni debuisset, illa re vera est ipse habitus Theoreticus sive intelligentia, ita enim definitur: *Intelligentia nihil est aliud, quam cognitio primorum principiorum*, adeoqe quasi est medium ad intelligibilia ducens. Dicitur & alias concretive r̄e, item notitia principiorum scientiæ & demonstrationis. Nēs vero sive intellectus dicitur habitus intellectus principalis primorum principiorum, sive virtus intellectualis, per quam facultas intelligendi inclinatur ad assensum primorum principiorum, simplicem & immediatum, eo facilius & delectabilius eliciendum. Intelligentia interdum sumitur pro intellectu, interdum vero pro intellecione, sive intellectiva rei alicujus cognitione, in priori sensu convenit cum anima rationali, qvæ est subjectum habituum ac intellectus, ita est ac forma humanæ naturæ, idemque verus ac proprius fons Actionum humanarum. Rationis nomen ipsi synonymum est. Anima autem hominis tres Facultates habet nempe *vegetativam, sensitivam, atque rationalem* de vegetativa h. l. nihil dicendum, facultas sensitiva sive *Sensus*, fiunt per impressionem a Qualitate aut accidente aliquo externo in organum, qvæ *impressio* alias vocatur *imaginatio*, à Schol. *species*, unde *sensus per species* fieri

ri scribunt, h. e. per *imaginem corpori communicatam*. Fa- (37)
cultas retinendi hanc imaginem est *Imaginatio*, series ima-
ginationum sunt *cognitiones*, h. e. successus imaginationis 44
unius ad aliam, suntque vel regulares, quvarum justa series
& cum desiderato fine connexio est, & tunc dicitur *intel-
lectus agens* h. e. qui rerum à sensu perceptarum species in-
telligibiles imprimit vel *irregularis*, quæ justa connexione
carent. Illorum impressionem excipit ratio, quæ nimi-
rum est facultas cognoscendi rem in sua natura, cognos-
cere autem est repræsentare aliquid animo, & hoc in po-
steriori sensu est, cum dicitur *Intellectus possibilis sive passibili-
lis* h. e. qui per species ab agente impressas intelligit, & ita
accedimus ad facultatem rationalem. Ratio in exercitio
constituta sive operatio rationis est *ratiocinatio* h. e. unius ex
altero, vi medii termini *collectio*, & conclusio hinc orta, seu mo-
dus applicandi *Ratiocinia* naturæ rerum, est judicium. Judicio
igitur statim examinamus rem, an conveniat cum ratione
vi medii termini? si vero inclinatur facultas intelligendi
per hanc virtutem intellectualem ad assensum, igitur recte
distinxit Alstedius habitum hunc, dicens: Hexol. c. i. p. 62.
Habitus intellectualis est vel veritatis vel agencie, illo cognos-
cimus verum immediate sine ulla demonstratione, quo pacto
intelliguntur veritates, i.e. *principia Theoretica & Practica*, &
continet illud *Intelligentiam*. Hoc cognoscimus verum per medi-
um & comprehendit sub se *sapientiam, scientiam, prudentiam*.
Aliud igitur est cognoscere aliquid simpliciter per abstractio-
nem mentalem, sine ulla demonstratione, aliud vero cognos-
cere aliquid cum addito, nempe judicio seu assensu. Fa-
cultas intelligendi ut paucis dicam, nobis innata, non autem
cognitio ista statim actu se exerit, sed per species agere in-
cipit intellectus, & deinde vñ sive intellectus ex intelligentia
terminorum cum assensu primorum principiorum dedu-
citur. Objecta circa quæ versantur *Habitus intellectuales* si-
45
46

- (38) ve intelligentiæ , sunt communia illa principia formaliter , ut sunt principia & veritates immediatæ ; nec proprie evidentiam vel certitudinem aliquam assensui principiorum superaddit , sed hoc præstat , ut facile & promte evidentem terminorum connexionem conspicari & intueri possis . Horum principiorum primorum simpliciter primum est : *Impossibilie est idem simul esse & non esse*, ad hoc enim omnes qui demonstrant , omnia revocant , ut docet Arist. IV. Metaph. c. III. Sufficit de hac re scripsisse .
- 47 §. VII. *Sapientia* altera pars Philosophiæ Theoreticæ est quævis inclinatur ad assentiendum conclusionibus necessariis , per primas & supremas causas Alsted. Hex. cap. III. Item est quæ ad rerum altissimarum puta DEI & Angelorum notitiam adscendit , it . *Sapientia est habitus independenter ex primis principiis demonstrans* Rudr. Th. phil. p. 3. definitiones fere idem sunt . Qvoad vocem *sapientie* notandum tribus modis accipi I. Pro omnium vel certe plurimum scientiarum cognitione , in quibus excellit qvispiam . II. Accipitur *pro excellentia* cuiusque artis vel scientiæ : qvo sensu qvilibet vocatur sapiens , qui non vulgarem alicujus artis peritiam est consecutus , sed ad perfectionis culmen pervenit III. *Sapientia sumitur stricte* , & sic est habitus compositus ex mente seu intelligentia , & scientia , & sic recte dictum , versare circa prima principia & conclusiones ex illis deducendas esse . Vides igitur qualem ordinem Philosophii obseruent , gradatim quæsi rem pertractant , primo loco ponunt *Intelligentiam* , quæ est cognitio primorum principiorum , & agmen quæsi habituum dicit . Est ut simplicium terminorum cognitione . Scientia illam cognitionem considerat demonstrative per causas , ac addi potest à *QVARE ET QVIA* . *Sapientia* addit conclusionem ex principiis ortis . Vulgo sex attributa sapientiæ numerantur : paucis ea examinemus . Primum attributum est *omnia scire* , non minutatim , sed qvo ad

ad primos sciendi fontes , exinde non inepte deduci posset(39)
qvæstio : *An philosophus qui non novit omnes artes i. e. singu-
latim & accurate, recte dicatur Philosophus.* Nonnulli affirman-
tem sustinent partem & qvidem ex eo medio termino , qvia
philosophia alias etiam nominatnr Encyclopædia. Plato
in Dial. huic contradicit, qvia est *πλυμαθεία*, Priorum sen-
tentiam intelligendam puto, de rationibus generalibus, Plato-
nem autem intelligere qvoad singulas rationes operasqve
qvod qvilibet videt. Sat enim est si modo fontes sciendi
primos teneat. Hæc enim qui tenet de rebus omnibus tan-
qvam architectus judicare potest, si enim singulas, imo mi-
nutissimas scire velis , non magis *ωφός* sed *ωφιγός* est nomi-
nandus. Non singulatim non minutatim, scire omnia de-
bemus, sed in quantum fieri potest, potest autem fieri qvan-
tum *ad primos sciendi fontes*, id est primarum causarum &
principiorum, cognitio spectat. Secundum attributum est
scire difficultia, hoc non in sensu Astrologorum Veterum ac-
cipiendum, qvamobrem propter scrutationem rerum dif-
ficilium , i. e. qvæ denegabat natura, *Magi* sunt facti. Sed
ita hic volumus intelligi qvod sapientia tradat prima prin-
cipia: qvorum cognitio est omnium difficillima III. *Versari*
in accurata demonstrandi ratione, scilicet in perspicuitate & di-
gnitate. *Principia Metaphysica* sunt prima seu independen-
tia, cum independentia autem principiorum conjuncta est re-
rum nobilitas maxima. Objici qvidem hic possit *Mathema-
ticas* demonstrationes nobiliores atque certiores demonstra-
tiones Metaphysicis esse : sed Resp. concedendo, qvidem
certas aliquando esse Mathematicas imo nobiles, sed an cer-
tiores atque nobilores, de eo valde dubito , fundamentum
probationis jam supra adduxi, qvia principia Metaphysica
sunt prima , adeoqve necessario vera esse dico , qvod au-
tem de principiis Mathematicorum ut pace illorum dixe-
rim, dici nequit. IV. est attributum maximam habere aptitudi-
nem

52

53

(40) *nem ad docendum, non ad docendi modum ut Logica, sed quantum ad principia cognitionis, qvæ principia ex qvibus quasi docemus priorem & potiorem habent locum, quam modus docendi.* V. *Essē maxime expetendam*, puta primorum principiorum qvæ sunt cognitu dignissima. VI. *Omnibus precepere*, non regimine practico ut politica, qvæ scientiis modum imponit & defendit & ad commune bonum dirigit, sed regimen in eo est, ut sapientia reliqvis præscribat sua objecta, ipsisqve tradat principia communia. Hæc sapientia comprehendit ut multi judicant Metaphysicam & partem eius specialem Pneumaticam Arist. lib. I. M. c. 7.

54 §. VIII. *Prudentia est habitus practicus, quo qvis inclinatur ad assentiendum conclusionibus practicis* (idcirco alias dicitur *Habitus dianöeticus*) seu est voluntatis regula, eam in particularibus negotiis dirigens. Hic finis praxis est humanæ vitæ, in qua omnia dirigit, quamobrem cogitat atque consideranda considerat per *quia*, sicutque conclusionem addit. Hæc quasi est *scientia boni & mali* sec. Ciceronem lib. 2. Rhetor. ac medium seu ut rectius dicam propositum, aut partem bonam aut deteriorem eligere, conclusiones faciens: inter bonum & malum non dari medium, E. si igitur sibi eligat qvis bonum, præmium boni, si malum, præmium mali asservitur, ideo recte in definitione vocatur, nempe habitus qvoqvis inclinatur ad assentiendum conclusionibus practicis, item voluntatis regula: *Voluntas cogi nequit ideoq; liberum arbitrium est hominis, an conclusionibus malis an vero bonis assentiri velit.* Non autem eum prudenter agere dici debere *judico, qui non secundum rectam rationem vitam instituit, an vero ille qui male agit, secundum rectam rationem agit?* minime; secundum rectam rationem enim agere est suum cuique tribuere, nec quenquam lädere; atque ex hoc principio minime in contrarium allegari potest dictum Lucæ XVI. 8. 55 *Filiī bujus seculi prudentiores sunt Filii lucis, in suo genere.*

Primo

Primo enim notandum & prudens hic in sensu lato dici, quatenus etiam sumitur de fraudulentio homine, i. e. qui ob pri-
vatum commodum etiam quemlibet, sine ullo conscientiae
scrupulo, laedere pertinaciter sibi proposuit, ideoque secun-
do & Christus addit: esse illos prudentiores: *in suo genere*,
qui nempe *calliditate & fraudulentia* filios lucis, qui in pietate
atque *simplicitate* ambulant, longe superant. Regeri quidem posset: cur igitur Christus illum laudaret? Responde-
tur: non laudavit fraudulentiam seu prudentiam fraudulen-
tia conjunctam, sed quatenus est diligentia rebus suis pro-
spicientis in tempore, rei modum laudat, non rem malam
ipsam, quam prudentiam sive diligentiam Christus vult,
ut quisque nostrum imitetur in genere dissimili *videlicet in*
economia rerum caelestium. conf. *Walth. Harm. Bibl. in b. I.*
quamvis alii sint qui laudationem non ad Christum restrin-
gant sed ad *Dominum cuius in Parabola fit mentio*, quam rem
excutere nostri nunc non est instituti. Prudentia semper
respicit vere bonum practicum i. e. honestum, imo est ipse 58
habitus bene agendi, quod est materiale, secundum rectam
rationem est formale, quicunque igitur non bene agit, i. e.
non respicit verum bonum, atque ideo non agit secundum
rectam rationem, ille nominari nequit prudens, alias & bru-
tis convenire posset proprie sic dicta prudentia, quod ta-
men negamus, quia non utuntur ratione, agunt autem se-
cundum sagacitatem. Hæc prudentia ut paucis me expe-
diat, incipit alteram partem philosophiae, nempe practicam,
ideoque disciplinæ illæ nominantur practicæ, quæ pro fine
agnoscunt *perceptionem*, ad consequendum bonum, Et quia
bonum in singularibus existit, etiam versatur circa singu-
laria, idcirco practicæ scientiæ trahunt nos ad singularia, 59
indeoque in his abstractione nulla opus est. *Fonsecæ. 6. met. c.*
I. q. 6. f. Et quemadmodum scientia speculativa sese habet
ad suum objectum, & ei adjunctam abstractionem, ita ha-
bitus

F

bitus

(42)bitus practicus sese habet ad finem Zab. I. i. Aphor. ii. Hæc philosophia practica, in quantum opponitur ~~magistrum~~ & appellatur habitus, qui dirigit operationem talem, ad quam non relinquitur opus, hæc nostra prudentia, dicitur habitus practicus ac per illum habitum vel bonum in communi vel speciale intendimus. Si primum ostendit disciplinam illam Ethicam quæ tradit generalia præcepta ad bonum imitandum malumque fugiendum. Si posterius vel dirigit nos ad bonum privatum, seu ad salutem propriæ domus & ita apparet *Economia*, vel dirigit ad salutem Republicæ totius, & sic invenimus *Politican*. Ultimo loco notamus i. quod Prudentiæ virtus non sit, cum ipsa sit virtus, virtutis autem virtus non est, sicuti nec mediocritas mediocritatis, videatur Arist. VI. *Ethic*. c. V. 2. Prudentiæ contrariam esse stultitiam & dementiam 3. Adjuncta ejus numerari quatuor (1) diligentiam quæ rebus industriis cautum captatur consilium, & acute despiciatur, atque judicatur, quid bonum, quid malum, quid utile, quid incommodum sit: Et versutiæ nomen assumit cum in malum sese contulerit. (2) Memoriam: quia repetit animus quæ fuerunt, *Cicero in Rhetoricis*, Idem de memoria remissiva: est iterata resumptio alicujus apprehensi sensu vel intellectu, Vel secundum eundem: est pars integralis prudentiæ, non est autem futurorum nec præsentium, sed præteriorum tantum, sensus præsentium, spes futurorum. (3) Intelligentiam, per quam ea, perspicuntur, quæ sunt, à quo sunt, quæ non se jungit calliditatem, per quam mentes, quid cuique rei tractandæ conveniat, callent: cuius contrarium ignorantia vel socordia 4. Providentiam per quam futurum aliquid spectatur antequam factum est: Ex cunctis prudentiæ partibus industriæ omnes actionesque solerter tractatæ, probitatis & officii nomen assequuntur, & denique tria prudentiæ tempora deputantur: us præteritame-

mine-

minerit. *Præsentia* consideret. *Futura* conjectet. Hæc omnia(43) sedulo adjeci ut prudentia falsa, habens cum vera similitudinem, ab illa secerni posset. *Estate* igitur prudentes sicut serpentes, quia prudentia absq; bonitate malitia est, & simplicitas absq; ratione stultitia est inquit Hier. super Hoseam abstilla prudenter dispensatoris iusti, absit ad latrocinandum atq; ad faciendum mala; quia est prudentia carnis, prudentia carnis autem est mors Rom. 8. Adultimam jam progrediendum partem nempe ad Artem. *Ars* dicitur habitus 63 ministratio, sive factivus quo quis inclinatur ad assentiendum conclusionibus factivis, commune illud habet cum sapientia & prudentia, quod dicitur habitus dianoëticus, i. e. qui primo cogitat, deinde concludit. Et quemadmodum prudentia est habitus vera cum ratione activus, sic ars est habitus aliquis cum ratione effectivus. *Actio* autem & effectio differunt, sicut agere & efficere. *Effectio* est operatio cuius principium intellectus 64 sive ars sive potentia aliqua in ipso efficiente, *uti docet Arist. VI. Metaph. cap. I.* Et ut effectio se recte habeat, sufficit, si ipsa & quod per eam efficitur opus, ad regulas artis seu exemplar recte & apte quadret. Longe autem aliter sese res habet cum actione. *Actio* enim est operatio, cuius principium nec ars, nec intellectus vel simile quid est, sed electio in ipso agente, τὸν ἀντίκειον τὸν περιεκτὸν τὸν περιεργὸν 65 *uti docet Arist. l.c.* Et ut actio se recte habeat, bonam oportet esse electionem. *Electio* autem supponit veram rationem. Vera ratio appetitum rectum & bene compositum Arist. V. Ethic. cap. II. Licet autem prudentia & ars consultant & deliberant, non tamen dicendum est quod hic habitus sit *mixtus* ex prudentia & arte, sed potius dicendum artem presupponere seu induere prudentiam, non quidem essentialiter, sed ratione circumstantiarum vid. Alst. Hexil. p. 72. Et quia artis vocabulum accipitur vel late vel stricte addi-

F 2

tur

(44) tur illud sc. qvod sit habitus cum recta ratione effectivus,
effectione liberali & mechanica, qvæ utraqve est organica, li-
cet καὶ ἐξ οὐρανοῦ effectio liberalis dicatur organica, ut qvando
ars dicitur esse habitus vel *organicus* puta *logica*, vel *mechanici-*
cus ut ædificatoria. Licet enim conclusiones artium philo-
sophicarum & mechanicarum differant, non tamen distincti
habitus constituuntur, qvia conclusiones mechanicæ ad
eundem finem tendunt, ad qvem philosophicæ videlicet
ad effectionem & usum instrumentorum. Cum autem
67 hocce vocabulum sumatur in sensu lato accipitur pro qv-
ilibet disciplina. Sermo autem noster non est de artibus
illiberalibus licet eundem finem cum liberalibus agnoscunt,
qvilibet horum utitur instrumento, eandem habent inventio-
nem, sed non eodem modo applicantur, priorum enim nem-
pe liberalium sunt *mentalia sermocinationibus & conclusionibus*
conjunctiona, ex regulis prescriptis. Illiberalium autem sunt *men-*
talia secundam artes mechanicas fabricata. Sub hac arte libe-
rali comprehenditur Ars conjecturalis, qvæ ad utrumqve
oppositorum se præparat i. e. *Rhetorica*, secundo, qvæ diri-
git mentem ad verum à falso discernendum i. e. *Logica*, qvod
nonnulli tamen oppugnant ac eam magis scientiam seu di-
sciplinam vocari volunt, distingvo autem inter *Logicam docen-tem & utentem.* Priori modo concedo esse scientiam,
qvia neqve est intelligentia, qvæ versari debet circa prima
& notissima principia, neqve sapientia, qvæ versatur circa
causas supremas, neqve prudentia, qvæ regit voluntatem,
nullum autem horum præstat Logica, sed solum occupatur
circa humani intellectus operationes, ut illas ad veritatis, in
vestigationem dirigat, II. accedit ratio propria, qvia Logica
est certa & necessaria rei cognitio, per propriam causam
qvæ est scientiæ definitio antecedens probatur qvia Logica
certo cognoscit, definitionem latentem rei naturam aperire
68 per

per hanc viam , qvod omnes ejus partes distin^ctē explicit: (45)
item divisionem tollere confusionem , quoniam totum in 70
suas partes distribuit : denique demonstrationem gignere
scientiam , qvia ex necessariis propositionibus conficitur. In
contrarium solet adduci : qvod scientia debeat esse de rebus
necessariis , sed logicam non esse omni parte de necessariis , a-
git enim etiam de contingentibus & probabilibus , sed satis
est qvod scientia sit de rebus *necessariis aut secundum se , aut*
spectato modo , qvo considerantur : res autem topicas & so-
phisticas esse necessarias spectato modo qvo considerantur ,
qvia necessarium est qvod de illis tradit dialectica nimirum
topicum syllogismum gignere opinionem & sophisti-
cum , errorem . Deinde solet objici : scientiam in θεωρίᾳ seu
contemplatione subsistere Logicā vero non in contemplatio-
ne subsistere sed ad μνήμην seu effectionem tendere . Sed re-
spondeo hic non ago de Logica utente sed docente , qvia
autem qvilibet habitus consideratur in qvo ultimate consi-
stat , tunc de logica recte dici judico Logicam esse artem nam 71
quid juvat adspectus si non conceditur fusus , qvid juvat in artium
contemplatione subsistere . Logica utens includit docentem
& Logica utens nobilior est docente , qvod de habitibus theo-
reticis certo respectu dici nequit , nihil autem de re clara
multum differere prodest distinctione hac nodus Gordius so-
lutus est . Porro sub arte cortinetur *Poësis* pars specialis Rhei-
toricæ non Logicæ ut vult Zabarella lib. I. de natura Log.
verum finis Logicæ non competit qvod ipse testatur libro
2. de nat. Log. Et qvamvis utatur etiam instrumentis Logi-
cis facit hoc etiam Rhetorica , interim ut non seqvitur Rheto-
ricam esse partem Logices , ita nec Poëtica est . *Poësis autem*
est factio seu fictio ingenii seu rerum ad exprimendos imitan-
dos ue boninum mores & vitam . Qvod verò non possit proponi
tanquam peculiaris disciplina instrumentalis , sed ad Rhetori-

(46)cam pertineat probo 1. qvia habet idem objectum cum Rhei-
rica 2. eundem finem 3. eundem modum tractandi per in-
ventionem dispositionem elocutionem, ideoqve recte refer-
tur ad Rheticam. Sed de nobilissima arte Poetica nunc
73 lubens fileo, nec verborum lenociniis eam commendare sa-
tago, qvæ vel metacentè, se commendat. Legat qvis Epi-
stolam dedicatoriam Francisci Gomari ad Dd. Anthbonium Thys-
tum, & Constantinum L' Empereur præfixam tractatui, qui dici-
tur *Davidis Lyra* i.e. *Ebreæ S. Scripturæ Ars Poetica*, cum selec-
torum *Davidis Salomonis, Jeremie, Mosis & Jobi primatum*,
analysi Poëtica, & divinam Originem Poesios & mirabitur ac
venerabitur. Qvæ altius meditata, sic abripuit Cl. Heinsum,
ut se non contineret qviacaneret :

Virginibus si qvis pudor est, nunc cedite, Musæ :

Vatibus Autorem sit satis esse DEUM.

Sed imaturandum mihi ad alia, & tribus, qvod ajunt, lineis
docendum: *Gnostologiam, Noologiam & Mnemonicam, non aug-
74 re numerum habituum Aristotelicorum.* De duabus prioribus,
Patrum nostrorum memoria in Systema concrescentibus,
verum esse arbitror: qvod *cito fit, cito perit.* *Dn. L. Georgius
Meierus* tunc Adjunctus Fac. Phil. Wittebergæ utramq; An-
no 1666 typis exprimendam curavit. Et, ni fallor *D. Calo-
vii Opera Philosophica* easdem disciplinas commendant. *Gno-
stologiam* describunt: *per habitum animi principalem, cognos-
cibile, qva tale, ad perfectionem hominis intellectualem con-
templantem.* Cujus distinctam existentiam probant: *Q. ha-
bitus non est determinatus ut inserviat aliis sed ipse suam habet
dignitatem, ille est principalis.* Atq; *Habitus Gnostologicus*; *E.
Min.* confirmant: *quia Gnostologia ad alias quidem disciplinas
addiscendas facit, sed non inflar medii, verum ut causa superior
& eminentior.* Sed committunt, ni fallor, eximiam peti-
tionem principii. *Noologiam* pariter hac descriptione pro-
ponunt:

ponunt : est habitus animi principalis , rerum inter se pro- (47)
portionem , qvatenus ex ea prima fluunt cognoscendi prin-
cipia , contemplans . Sit sane hoc studium per nos laudabile ,
sed multiplicari habitus theoreticos , per has novellas disci-
plinas , vix credo . *Cognoscibile q̄va late non potest in eadem* 76
abstractionis latitudine accipi , ac Ens qvatenus ens . Nam o-
mne γνωστὸν est modicatum per naturam , i. e. ad hanc vel
illam disciplinam reducibile . Sed ens qvatenus ens , ad o-
mnia inferiora æqvaliter se habet . Hinc liqvet fundamen-
tum abstractionis gnostologicæ , non esse certum , nec tanti ut
disciplinam peculiarem constituat . Etsi acuratius inspici-
as partem , nibil nisi laciniæ ex Logicis & Metaphysicis petitas
deprehendes in Gnostologia , ut si reddas qvod cuilibet dis-
ciplinæ proprium , habeas corniculam Æscopicam . Noologia
quidem conditio paulò melior , sed formale ejus longè in-
tricatissimum , qvod dicunt : fluxum primorum cognoscendi 77
principiorum ex rerum affinitate dependentem . Sed qvæso
qvis non videt qvam vastæ cognitionis sit hæc vox : omni-
um rerum affinitas ? Vix inspexi librum & nihil aliud repe-
rire potui provocationem ad tritum illud : Impossibile est idem
simul esse , & non esse . Verbo : Gnostologia ad Intelligenti-
am & Noologia practica ad Sapientiam reducitur quid entia
multiplicamus , cum deberemus in compendia potius re-
rum , ire . Nunc ad Mnemonicam me converto , qvæ pariter
habituum Aristotelicorum numerum non auget . Dicitur
aliis Ars Lulliana , sine dubio à Raymundo Lullo de quo cre- 78
dula antiquitas nimis magnifici scripsit , vel jactavit .

Doctrinam paudit Raymundus Lullius omnem
Cui Deus infudit scibile quicquid erat.

Sed mihi semper mansit dubium ; an ideæ & imagunculae , in
cellas artificiales distinctæ , cuilibet ingenio , ad qvælibet obje-
cta ,

(48) Ita, distincte percipienda & retinenda, apta sint? nec sine ratione dubito. Longe aliud sentit Bacon de Verulamio, cuius nunc verbis loqvor A. S. Libr. VI. p. 404. Hac methodus ita scientia alicujus guttulas aspergit, ut quis sciolus specie nonnulla eruditionis ad ostentationem possit abutti. Hujus generis collectanea officinam referunt veteramentarium, ubi presemina multa reperiuntur, sed nihil quod alicujus sit pretiosum. Addo: qui voces habet in promptu, an artes propterea perdidicisse existimandus est? Sed sit sane ita: vel minus. Mnenomonica vel afficit solam memoriam vel intellectum & voluntatem simul. Si prius: non est melior garrulitate psittaci, si posterius, quod tamen docendum foret, jam includitur habituum recensitorum numero. Sed manum de tabula. Ad te revertor benevole Lector, utque de conatibus nostris bene sentias iterum iterumque oro. Mihi semper in ore, tibi semper in corde sit, moderatione plenissimum effatum D. Augustini, disputatoris acerrimi:


Quisquis hac legit uti pariter certus est, perget nobiscum,
80 ubi pariter basiat, querat nobiscum: ubi errorem suum agnoscat redeat ad nos: ubi nostrum, revocet nos.

TANTUM EST.

M. Θ. Δ.

ERRATA.

C Ap. i. consp. n. 3. lege positive p. 4. n. 8. pro Philosophos lege Philosophus pag. 5. num. 15. in fin. pro art. lege aul. p. 7. n. 18. dele qui it. n. 20. l. 4. post complexum adde seu n. 25. pro A his lege Ab his p. 6. n. 20. lin. 6. adde Physicæ p. 8. n. 27. post nempe adde quæ n. 28. lege paraphrastica pag. 8. n. 27. lin. 6. post naturales adde quæ pag. 12. n. 41. lin. 3. lege. practicam p. 15. n. 50. lin. 9. dele in p. 21. n. 75. lege Barbarica & Græcanica it. n. 76. in mythica & vere proprie sic dicta Philosophia p. 36. lin. 1. dele de p. 44. n. 67. lin. 4. pro quilibet lege quælibet.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn732468280/phys_0056](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn732468280/phys_0056)

DFG



veri vel falsi esse possunt. Primi generis (35) intelligentia, Sapientia, Prudentia, Ars, & Scientia. Semper falsi duo, error & heres. Intermedio probables opiniones & dicuntur opinativi, re facultatem revocabis, quatenus sumitur quo aliquis est instructus. De semper veris et habitibus, qui praeципue a nobis adspiciuntur, quae sunt in intellectu objective, atque quotientia naturalis ad actum, i.e. ut facilius fieri possit. Ut autem ordine procedamus amus Habitus, partem Theoreticam sustinaciam, & si haec communius seu secundum visionem non intelligi debeat, ita ut opposito, addi etiam posset habitus minorum. est quae in se continet scientias universas vero scientia vocatur integrum aliquod systema contemplative; i.e. tales quae discuntur tantum non operandi causa. Definimus & Scientiam 38 contemplativum, quo quis inclinatur ad affectionibus necessariis, per proprias causas, non alias. Probe autem notandum, scientiae vocem te pro quolibet habitu intellectuali, quo sensu na potest appellari scientia, quod convenit cum 39 scientiae in primam & secundam. Prima scientia est puram simpliciter & in genere est quatenus dicitur etiam Metaphysica scientia, alias enim non nullo modo admittere velle, quod Metaphysica possit scientia, & quidem ex hac ratione scientia circa principia nobiscum nata, sapientia principia orta, cum tamen non absurdum sitiam appellare. Cognoscuntur enim in ipsis Entium per demonstrationem, ergo conclusiones suas scientificè, scientia enim est demonstratio-